

Item Compendium Cosmographie eiusdem Cameracensis

Hic continetur liber de ymagine mundi editus
a domino petro de aliaco episcopo Cameracensi
Et de concordia Theologie et astronomie eiusdem.
Item liber Alberti de natura locorum
Item liber de proprietatibus elementorum eiusdem

Liber de Imagine
mundi Episcopi Came
racen -
De Concordia Theologie
et reliquis ut in eo
dicit

Sr Reverendo in xpo patri et dno domino N. Dei e
et Capitulo, singulisque Canonicis et Personis Eccle Cracovien, aut illi vel illis
cato. Collatio seu quevis alia dispositio, communiter vel divisim ptinet omnibusque aliis et singu
aut quacumque pfulgeant Dignitate **Prefatus** Jacobi de Worka ppositus
Aplicis firmiter obedire. Litteras Sanctissimi in xpo patris et domini nri domini Nicolai
sentationis et Nominationis Serenissimi principis et domini dni Kazimiri Dei gra Regis Pol
sanas et integras non viciatas non cancellatas nec in aliqua sui pte suspectas sed
Eris antentice regalibus pncipaliter nominati coram Notario publico et testibus inf
Nicolaus Epus servus servorum Dei Dilecto filio Wincentio Jacobi de
affectum quibus carissimus in xpo filius nr Kazmirus Polonie Rex Illustris in
valeat aliis providere. Horum igitur consideracione moti, Discretioni tue providendi
Et Collegiatarum infra Regnum polonie et alia dominia sua consistentium ecclesiarum Canonicat
sint ecclesie predicte in Canonicos recipi et in fratres. Stallo eis in choro et loco in capitulo
Necnon singulos singulas seu singula. Dignitates personatus administrationes vel off
ciarum. Dummodo aliqua dignitatum earundem in quavis kathedrali maior post pontif
secularibus assignari solita cuiusque taxe seu annui valoris. illorum fructus redditus
Dicte provincie vel Regni Collationem provisionem presentationem seu quamvis alia
beneficia Ecclesiastica cum cura vel sine cura, obtinentibus si circa tpe resignacionis huiusmodi va
ad hoc legittime constitutos infra unius mensis spatium. Per eum eis vel dictis procur
et officiorum dictorum quoque beneficiorum resignandorum huiusmodi singulisque personis eisdem pro quibus
dictis Cathedralibus ecclesiis prefuerint et dilectis filiis eorum capitulis. ac illi vel illis
quevis alia dispositio communiter vel divisim ptinet ne de prebendis ac dignitatibus personatib
eandem nisi per eum eis constiterit quod persone pro quibus ea resignantes vel procuratores predi
resignabis si vacant vel cum vacaverint ut prefertur cum omnibus iuribus et ptinentiis su
personas predictas vel earum nominibus procuratores suos in corporalem possessionem prebendarum
personas vel pro eis procuratores predictos ad dignitates personatus administrationes vel
et prebendarum ac dignitatum personatuum administrationum officiorum et beneficiorum predictor
plenam et liberam auctoritate concedimus tenore presentium et facultatem. Non obstan
alia firmitate roboratis statutis et consuetudinibus. ceterisque contrariis quibuscumque
de canonicatibus et prebendis ac dignitatibus personatibus administrationibus vel officiis dictarum eccl
ad inhibicionem resignationum et dictum vel alias quomodolibet sit processum. Aut si archiepi Epi
et ad id compelli seu quod interdicta suspendi vel excommunicari non possint. Eorumque de can
sionem presentationem collationem seu quamvis aliam dispositionem, coniunctim vel separatim
Et qualibet alia dicte Sedis Indulgentia generali vel speciali cuiuscumque tenoris exist
tenore habenda sit in nris litteris mentio specialis. Aut si dicte persone presentes non fue
et cum ad ecclesias ipsas accesserint corporaliter illa prestent. Volumus autem
predictis Ac deinde una personarum earundem aliis existentibus huiusmodi et subsequent
officiorum et beneficiorum predictorum etiam in mensibus tam nobis specialiter huiusmodi
consequantur effectum. Per quecumque concessiones et indulta, que super antelacione
persone prefate, eorumdem vigore presentium dignitates personatus seu cum cura admi
[illegible] cum ipsis incompatibilia que nunc obtinent et que post vacare
indesecuta quo ad ipsa incompatibilia dimittere sint cassa et irrita nullius
presentium forent facte. Et insuper exnunc irritum decernimus et inane si secus sup
quibus prebendas ac dignitates personatus administrationes officia et beneficia conferre
in illis ptibus deputatum pro tempore nuntios ecclesiasticos procures. Datum Rome
vero litterarum videlicet presentationis Tenor sic incipit **Kazimirus**
Aplice prothonotario et executori aplico ad infrascripta specialiter deputato
Dono presentandi et nominandi, ad singula quaelibet cathedralium eadem metrop
tum ad totidem beneficia ecclesiastica in dictis ecclesiis existentia vacantia vel
Nunc et in futurum personis per nos presentatis seu nominatis tibi de beneficiis huiusmodi
nobis super inde concessis, quasque tibi fecimus presentationes plenius continetur Inde
virtutum meritis multipliciter clarentem, favoribus volentes prosequi graciosis
prebenda dignitas curata et electiva personatus administratio vel offi
Collationem provisionem seu quamvis aliam dispositionem ptineant. Auctoritate
beneficium huiusmodi ecclesiasticum ad presentationem et nominationem nostras per te
fuerit ipsum ad huiusmodi beneficium, eiusque iuribus et ptinentiarum eiusdem possessionem
cum plenitudine iuris canonici, sibi assignatis. Ac de omnibus et singulis
facias et mandes Volumus autem ipsum Nicolaum per nos presentatum
huiusmodi beneficiorum primum anteferri Quem et [illegible]
testimonio litterarum. Datum in Leopoli vicesima Sexta [illegible]
presentationem et receptionem nobis et per [illegible]
[illegible] dignaremur inota traditam seu datam [illegible]
[illegible] nobis in hac parte commissa [illegible]

Liber facultatis Studij Cracovien̄ Artium comparatus p eandem Anno xp̄i 1467.

Ymago mundi seu eius ymaginaria descripcio ipsius velud in materiali quadam speculo representata non parum utilis esse videtur ad divinarum scripturarum elucidacionem cum in eis de partibus ipsius et maxime de locis terre habitabilis mencio sepius habeatur. Ideo tractatum hunc scribere et in eo que a sapientibus super hac materia diffuse scripta sunt breviter ac veraciter colligere dignum duxi ipsum in hec distinguendo capitulis

Tabula latitudinis climatum

Primi climatis	4	57	550	220
Secundi climatis	4	500		220
Tercii climatis	6	10	350	147
Quarti climatis	7	20	300	170
Quinti climatis	5	30	277	114 et semis
Sexti climatis	3	57	212	106
Septimi climatis	3	17	187	92 et semis
Omnia simul	34	1203	52	1041

Ex hac tabula patet quod tota latitudo climatum que est 110 dietas computando pro dieta 30 leucas Tabula elevacionis poli super quolibet climate

principio medio et fine. Quanta autem est elevacio poli super orizontem tanta est distancia zenith capitis et equinoctialem

Sequitur Tabula de qua supra facta est mentio

	Principium Gradus	Minuta	Medium Gradus	Minuta	Finis Gradus	Minuta
Primum Clima	12	45	16	36 et semis	20	30
Secundum Clima	20	30	34		27	30
Tercium Clima	27	30	30	35	33	40
Quartum Clima	33	40	37	20	39	
Quintum Clima	39		41	15	43	30
Sextum Clima	43	30	45	22 et semis	47	15
Septimum Clima	47	15	48	52 et semis	50	30

Secundum autorem de spera in medio primi climatis dies prolixior est 13 horarum, in medio secundi 13 hore cum dimidia, 3i et 14 hore et dimidia, 5i 15 hore, 6i 15 hore cum dimidia, 7i 16 hore. Hec tamen assignacio medii climatum non est precise vera sed veritati proxima. Ideo precisa fit per principium climatum et fine septimi ut sequens tabula docet diei in principio augmentum climatis

Figura prolixioris ~~Complexionis~~

Principium	Hore	Minuta
Primi climatis	12	45
Secundi Climatis	13	15
Tercii Climatis	13	45
Quarti Climatis	14	15
Quinti Climatis	14	45
Sexti Climatis	15	15
Septimi climatis	15	45
Finis	16	15

Post Climata vero continue prolongatur dies estivus usque ad polum articum et sub polo artico sole existente in primo puncto cancri habet dies 24 horas. Et eodem sole existente in primo puncto Capricorni nox habet 24 horas. Sub polo vero artico contingit quod una medietas totius anni est una dies artificialis et alia medietas est una nox.

Capitulum de mundo et partibus eius

undus est figure sperice seu rotunde multarum variarum partium ac pulcre exornatus primo ex quatuor elementis Terra Aqua Aere et igne. Deinde celis scilicet ex celo lune Mercurii Veneris Solis Martis Jovis Saturni firmamenti et primi mobilis. Ultra quod posuit quidam philosophi celum decimum immobile super quod iterum dicunt esse celum cristallinum et deinde supremum celum empireum, ubi est sedes dei, habitacio quoque sanctorum. Sed hec ultima ad consideracionem physicorum et astronomorum loquendo non pertinent. Pauci enim astrologi considerant de celo decimo

primo libro, sed reliqua magis sunt de eorum speculacione. Dico primo ponunt nonam
speram sed primum mobile cui nulla apparet stella cuius motus est regularis et uni-
formis circuiens in die naturali totam terram et raptu suo secum ducens omnes
alias speras ab oriente ad occidentem. Post istud celum est octava spera que
vocatur firmamentum, i. stellatum celum, cuius motus proprius et naturalis est contra primum
mobile cum omnibus aliis speris scilicet ab occidente ad oriens, non tamen simpliciter sed in
i gradu quolibet declinacio. Et dicitur de motu firmamenti in centum annis fieri
unum gradum super polos zodiaci secundum Ptolomeum, et secundum Thebit super principia capitum
arietis et libre et ita eius completa revolucio fit in 36 annorum milibus
que vocatur magnus annus. Post hoc sunt septem spere planetarum supranominatorum
qui motu proprio ab occidente in oriens revoluciones suas variis temporibus complent
spacijs ut Saturnus in 30 annis vel circa, Jupiter fere annis 12, Mars fere annis
duobus, Sol duobus, Mercurius et Venus uno anno, luna vero 27 diebus
et 8 horis. Et non quod quilibet planete secundum veros motus faciunt revoluciones
suas redeundo de eodem puncto ad idem punctum ita quod revolucio Saturni est
in 59 annorum, Jovis 83, Martis 79, Veneris 8, et Mercurii 46. Sed secundum
medios motus revolvuntur ut supra dictum est. De predictis speris et spera de octava
est specialis intencio iudicantis astrologi quia eius influencia est valida et fortis
et in ea vel sub ea sunt omnes stelle inter quas aliqui sapientes posuerunt principales
non 1029 preter vii planetas qui dicuntur erratice quia eorum motus est diversus
in diversis circulis et 1022 quia dicuntur fixe quia motus eorum est unus et distancie
eiusdem et istas posuerunt in 48 ymaginibus quarum ymaginumque nominantur
nomine proprio de quo vide Ptolomeum dictionem 7 c. 5 et octava dictione c. 1.
Et earum ymaginum sunt 360 in 21 ymaginibus a via solis in septentrione de-
clinantibus, quarum prima dicitur ursa minor et alie 348 sunt in 12 signis ymaginibus
que 12 signa dicuntur et zodiacum constituunt, quarum prima est aries et alie 316 sunt
in 15 ymaginibus a via solis in meridiem declinantibus, quarum una dicitur fomar vel
fora, in certe secundum Ptolomeum, et ita sunt 48 ymagines seu stelle principales
seu visu apprehensibiles, licet autem alie sunt plures non tamen sunt in nobilitate influere
sed astrologi non multum de eis considerant, sed horum omnium ille 12 que in zodiaco
posite sunt diviores existunt quarum nomina sunt hec Aries Thaurus Gemini
Cancer Leo Virgo Libra Scorpio Sagittarius Capricornus Aquarius Pisces
Que 12 signa variant sub quibus omnes planete transferri dicuntur. Est igitur zodiacus
circulus velud circulus firmamenti in quo est distinctio signorum sub quo est via
planetarum continens 12 gradus in latitudine et 360 gradus in gyro et in longitudine
12 gradus et in longitudine 30 gradus continens. Gradus autem quilibet 60 minuta, et minutum
60 secunda, et secundum 60 tercia et tercium 60 quarta et ita possit
dividi ultra. Et sic de zodiaco ita de quolibet alio celi vel alterius rei circulo
posset fieri proporcionalis divisio sicut et.
Sed ultra predictam divisionem adhuc zodiacus dividitur in duas partes quarum
prima dicitur septentrionalis alia meridionalis secundum signa vero partes dicuntur certe

ascendentia sunt et alia altius posita in directe. Item dividitur in quattuor partes quarum quelibet habet signa et correspondet quattuor partibus anni ita ut una quarta dicatur vernalis calida et humida, ut vernalis, alia calida et sicca estivalis etc. Item per certa signa et alias partibus zodiaci alie multe proprietates et tales virtutes ab astronomis assignantur que nunc superstitiose credentes nec superbe contemnende sunt de quibus tamen disputare non est presentis operis.

Et de circulis aliis et partibus in celo imaginatis

Ad intelligentiam quorundam precedentium atque sequentium ymaginandum est quod linea recta transiens per medium mundi usque ad eius extrema super quam volvitur nona spera secundum alias speras motu diurno trahens est velud axis mundi. Et duo puncta extrema sunt eius poli qui non moventur et unus eorum vocatur polus articus vel septentrionalis quia circa partem celi dicitur (?) septem stellas que ibidem apparent et quia vocatur arcus (?) et iste polus nobis elevatur. Alterum autem punctum linee isti oppositum dicitur polus antarticus vel australis. Circulus vero per medium polorum dictorum in spera celi transiens et ab eis eque distans vocatur equinoctialis quia ibi existente sole noctes et dies per totum mundum sunt equales. Et secundum hunc circulum fit et mensuratur motus diurnus. Sed motus proprius solis et aliorum planetarum quia non est directe de oriente et occidente in contrarium primi motus sed aliquantulum declinando mensuratur penes circulum zodiaci sub quo moventur planete et ideo intersecat equinoctialem in duobus punctis oppositis quibus hii dividuntur hii duo circuli in duas medietates et declinat una pars zodiaci ab equinoctiali trahendo se versus septentrionem et alia versus meridiem et consimiliter declinant poli zodiaci elongando a polis mundi super quibus polis zodiaci fit motus proprius planetarum vel speciei (?). Hii vero duo poli circa polos mundi describunt per motum diurnum duos parvos circulos quorum unus qui est circa polum articum dicitur circulus articus et alter oppositus circulus antarticus. Duo autem puncta solsticiorum per eorum motum diurnum describunt duos alios circulos qui vocantur tropici quoniam quia sol ibi existens convertitur ad tendendum versus equinoctialem. Horum vero ille qui transit per solsticium estivale id est per primum punctum cancri vocatur punctus (?) tropicus estivalis. Et alter tropicus hyemalis. Et hii quattuor circuli sunt paralelli id est eque distantes secundum suas partes et dicuntur parvi respectu aliorum qui dividunt speram in duas medietates licet possint dividi in totidem gradus et minuta proportionaliter sicut maiores. Sunt autem preter zodiacum et equinoctialem alii duo maiores circuli videlicet duo coluri meridianus et orizon. Ymaginantur etiam duo circuli quorum unus transit per polos mundi et per polos zodiaci et per duo puncta duorum solsticiorum scilicet per primum punctum cancri et per primum punctum capricorni. Et alter transit per polos mundi et per duo puncta equinoctialis scilicet per primum punctum arietis et primum libre. Et hii duo circuli vocantur coluri et intersecant se recte in quolibet polo mundi, dividunt quoque totam speram mundi in quattuor partes equales. Imaginatur etiam alius circulus qui transit per polos mundi et per illud punctum celi quod est recte super caput nostrum quod vocatur zenith capitis. Et quandocumque sol venit de oriente in occidente usque ad hunc circulum est nobis meridies ideo vocatur circulus meridianus. Et est medietas huius circuli super terram et alia sub terra que transit per punctum medie noctis qui opponitur zenith capitis. Unde patet quod quicumque quando movetur ad oriente vel occidente habet novum meridianum sed si non movetur de uno loco vel si recte movetur versus septentrionem aut versus meridiem non declinando versus

agens

oriens aut occidens pp habitacionem eundem meridianum. Pz ergo quod tot meridies est ille qui sunt
unus oriens quam ex illorum qui sunt unus occidens. Est et alius circulus qui vocatur
orizon dividens partem celi visam que supra nos est de parte non visa. Cuius medietas dicitur
emisperium .i. dimidia spera. Et iste circulus intersecat meridianum et dividit se totum
in duas partes. Et punctus meridiani qui est in zenith capitis vocatur polus orizontis.
Et ideo quot quis movetur habet ergo novum orizontem. De cursu solis et eius anno et diebus

Diximus de speris et stellis et planetis et zodiaco et de signis et de partibus
circulis celestibus generaliter quorum spera componitur alterius est generalis et per
singulos. Sed quia inter planetas sol est notabilior quantitate maior et
virtute dignior. Ideo de eius cursu a quo nobis dies et anni distinguntur aliqua
specialiter dicere utile videtur. Sciendum est igitur quod licet omnes planete motu proprio ducantur
sub zodiaco, tamen omnes declinant a via solis, sicut declinat sol ab equinoctiali linea.
Non tamen sol vero medius planetarum quia rex in medio regni sui facit viam suam
per medium latitudinis zodiaci. Ita quod eius centrum dividit lineam dividentem
latitudinem zodiaci per partes equales que via dicitur ecliptica quia non potest esse
eclipsis solis vel lune nisi quando luna est in hac via vel prope. Licet igitur sol in motu
firmamenti quo movetur cum suis speris et planetis circuendo terram faciat diem naturalem
qui 24 horas continet. Tamen motu proprio per dictam lineam eclipticam sub zodiaco quolibet
die naturali pertransiendo fere unum gradum peragrato toto zodiaco facit annum solarem
qui ultra 365 dies quibus non plane complentur gradus zodiaci continet quasi
i dies et fere vi horas. Adhuc aut sol facit dies equales et inequales pro
cuius intellectu sciendum est quod duo sunt modi orizontis unus rectus alius obliquus.
Illi habent orizontem rectum qui habitant sub equinoctiali et sub habent zenith capitis quorum
orizon intersecat et recte dividit equinoctialem ad angulos equales et sunt duo
poli mundi in suo orizonte ita quod nullus polorum est eis elevatus vel depressus. Sed
alii qui alibi habitant quam sub equinoctiali habent orizontem obliquum quia eorum orizon
intersecat et dividit equinoctialem oblique et non ad angulos equales. Et propter
eis apparet unus polus mundi super eorum orizontem elevatus et alter est eis depressus
plus vel minus secundum diversas habitationes. Item quanto unus polus magis est elevatus
tanto orizon est magis obliquus et alter plus depressus sub orizonte. Et est
regula generalis quod quanto polus est elevatus super orizontem tanta est distantia
inter zenith et equinoctialem etc. Item ymaginandum est quod sol motu proprio
naturali die quolibet quasi unum describit circulum. Et dico quasi quia non plane facit circu-
lum licet modicum deficiat. Nam sol non plane revertitur ad eundem punctum
meridianum a quo incepit sed modicum altius vel bassius. Et hii circuli vocantur
paralelli. Et sunt tres soli subjecti in spera materiali quia sunt principaliores duo tropici et
equinoctialis. Horum aut circulorum arcus qui est super orizontem vocatur arcus diei seu
diurnus quia quamdiu est ibi sol tamdiu dies est qui dicitur dies artificialis. Et alia pars
que est sub orizonte vocatur arcus nocturnus. Et ideo quanto maior pars alicuius
horum circulorum est super orizontem tanto est dies artificialis longior et nox brevior
vel equivoce. Et hiis omnibus patet clare quod rectus orizon recte dividit omnes istos
circulos recte per medium, unde est quod omnes illi qui habitant in tali orizonte sunt

sub equinoctiali omni tempore habeat diem artificialem et noctem equales Item patet
quod orizon obliquus non possit diuidere equinoctialem nisi in duas medietates et ideo
puncti bis in anno scilicet vna vice in introitu arietis et alia in introitu libre racione
est quod tunc sit equinoctium et quod dies et noctes sint equales per totum mundum Item
patet quod cum omnes paralelli supradicti excepto equinoctiali diuidantur ab orizonte ob-
lique in partes inequales Et quanto orizon est obliquior tanto sunt hee partes inequales
Ideo omni tempore nisi bis in anno in duobus punctis predictis dies et noctes sunt inequales
Et quanto orizon est obliquior tanto est maior diuersitas Et propter hoc in swesia dies sunt proli-
xiores in estate et breuiores in hyeme quam in francia et plus in francia quam in
ytalia et sic in diuersis regionibus secundum quod orizon fit eis plus uel minus obliquus
Ex premissis igitur patet causa inequalitatis dierum artificialium Sed de inequalitate dierum
naturalium maior est difficultas quam et plures alias maiori speculacioni relinquo
et altiori

Capitulum quartum de elementis et eorum situ

Postquam aliqualiter tractatum est de celo, iam ad ea que sub ipso sunt modo
descendit consideracio Ideo post speram lune ponunt philosophi inmediate speram
ignis qui ibi est purissimus et propter suam raritatem inuisibilis, quia quanto
aqua est clarior terra, et aer aqua, ita illud ignis est rarior et clarior aere
et tamen uel plus calidum est rarius et clarius igne Exceptis stellis que sunt partes
celi spissiores Et ideo fiunt lucide et visibiliores, Deinde est spera aeris que
claudit aquam et terram, vna est suprema iuxta ignem vbi non sunt venti plu-
uie nec thonitrua nec similes impressiones et vsque ad illam dicuntur attingere quidam
montes sicut olimpus Et dicunt philosophi quod ibi apparent et fiunt stelle comete et
quod spera ignis et ista suprema regio aeris cum illis cometis qui fiunt sic mouetur
cum celo de oriente in occidens, Media autem regio est vbi fiunt nubes
et sunt ibi varie impressiones, quia ista pars est frigida Alia est regio inferior vbi ha-
bitant aues bestie etc, Deinde sequitur aqua et terra Sed aqua non claudit
totam terram sed partem vnam dimittit discoopertam propter animalium habitacionem quia vna pars terre
est minus grauis et ponderosa quam alia et ideo ista est altior et a centro terre magis ele-
uata Residuum vero preter insulas est totum coopertum aquis secundum omnium philosophorum
opinionem Terra igitur tanquam elementum grauius est in centro seu medio mundi ita quod centrum
terre seu centrum grauitatis ipsius uel secundum aliquos centrum grauitatis terre simul et aque
est centrum mundi Et licet in terra sint montes et valles propter quod non est perfecte rotunda
tamen ista ualde tendit ad rotunditatem Ideo eclipsis lune que causatur per vmbram terre
apparet rotunda Vnde dicitur terram esse rotundam quod rotunditati propinquam

Supposita rotunditate terre,

Capitulum quintum de quantitate terre et eius mensura

ad mensurandum eius quantitatem supponendum est quod eundo de vna parte
terre longe in aliam apparent alia et alia pars celi et variatur orizon Et si
quis venit de septentrione recte versus meridiem polus articus esset ei minus eleuatus
Et si contra esset polus ei magis eleuatus Et ideo si iret recte versus meridiem sub vno
meridiano tamen quod polus articus minus eleuaretur supra orizontem per duodecimam partem
meridiei ipse transiuisset duodecimam partem circuitus terre Et si iret tantum quod polus eleua-
retur ei minus solum vno gradu uel econtra tantum quod polus plus eleuaretur vno gradu ipse tunc

trãsiuissz vnū g̃. totius tre / et essent tenus tutu 360 tres ꝑporcōes ꝑ hunc
g̃ modū inventa fuit mesura tre q̃ elevacō vnius poli ul vnius stelle faci:
lit inve ꝑ astrolabiū ul quadrantez Modo sic ē inveniēd ꝑ experiencā q̃ si q̃s
iret versus septētrione tn̄ q̃ polus ei elevaretur magis vno g̃. ul iret ad meri:
diem tn̄ q̃ minus elevaretur vno g̃du ipe trãsiuissz 700 stadia Et io scdm
auctorē de spā oz replicare et multiplicare hunc nūm ꝑ 360 et ꝑ cōns sic hēs
q̃ i toto ambitu tre sūt 252000. stadiorz que valent 15750 spaciā
leucarz Na vna leuca vz duo miliaria Miliare vo octo stadia / vnū sta:
diū 125 passus / vnus passus quinqz pedes / vnus aut pes ē palmas et
vna palma quatuor digittos. vn̄ pz q̃ quis pot tranē trā totā / et tre die q̃lz
10 leucas ipe faciet totū ambitū in 15750 diebus qui vznt annos ē et xlj
septimanas cū duobz diebus
Habita vo q̃ntitate tre ambitus Regula data ē qua sciatur q̃ntitas dyametri
eius q̃z si removeatur a cīrculo 22 pars eius et residuū diuidat in 3 ptes
vna illarz triarz facit dyam̄r̄u celi et sic hz 80181. stadia et semis ad tria
vnius stadij / huius aut cognicōes licz nō sit cū omoda pasīone / tn̄ cū nō
habeat defectū nobile valde pulc̄ et notabilius ac vtilius Et maxie q̃z pto:
lomeus et alij sapientes ꝑ q̃ntitate tre ꝑbauerūt q̃ntitatē corpm̄ stellarū
et ꝑ q̃ntitate dimidij dyametri tre ꝑbauerūt longitudinez stellarz a cuspide
tre / sed has q̃ntitates descrībē nō est pn̄tis speculacōis hic ac tn̄ore suffit
q̃ sol q̃uamlz alia stella multomaior ē Et ut quidā dicūt magitudo corp̄s
eius est plusq̃ centies sexagesies sexies equalis tre / licz aliqui dixerunt
eū maiorē octies cū pz q̃ntū maiores sūt alie stelle fixe i. sz q̃ sūt i
pma magnitudine pz q̃ maior ē Jupiter postea saturnus Deinde relique stel:
le fixe s̄m g̃. suos usqz ad eos que sūt 6e magnitudīs deinde mars pz q̃
maiores sūt cetē stelle fixe visu notabilius postea venus deinde luna po:
stremo mercurius Et q̃lz harz stellarz exceptis tribz pdictis nobilior ē tra Ille
aut tres sūt ea vn̄ pz q̃ inter omnes stellas visu perpleras Ille tres sūt tres
q̃z omnes alie tota dn̄ tra dicūt esse maiores Et illarz que sūt i pa mag:
nitudine quelz ē circiter centies septies equalis tre et eorz que sūt in 6a ma:
gnitudine quelz equalis tre decies septies Ex quo eciā pz q̃ merito dicūt
phi q̃ magnitudo tre ē velud punctus res magnitudinis celi Capitulum de diui
sione totius terre
Terra ꝑporcōnalr diuiditur sicut celum /
in quatuor ptes ꝑ duos coluros et equinoctialez Et illi circuli sunt in tra
diuidunt ꝑ g̃dus et mīta Ita q̃ totus ambitus ē 360 g̃duū et
q̃rta pars 90 g̃duū Item sicut tra sic celud diuidi ꝑporcōni ꝑ quatuor
circulos minores i. quinqz ptes inequales s. ꝑ duos circulos articū antarticū
et ꝑ duos tropicos / et vocatur quinqz zone ꝑporcōnales i tra sic in celo / q̃z
illis zonis i tra correspondent tocte plage seu regiones Prima ē inter polū
articū Secunda est inter polū articū et tropicū estiualem Tercia est
media inter tropicū estiualez et tropicum hyemalem Quarta inter
tropicū hyemalem et circulū antarticū Quinta inter circulū antarticū et polū

antarticus ¶ Est autem distantia istarum zonarum inequalis, quia distantia poli zodiaci a polo mundi est 23 graduum et 51 minutorum que maxima est solis declinatio est eadem cum distantia poli zodiaci a polo mundi ¶ Arcus vero interceptus inter maximam solis declinationem et polum zodiaci est 42 graduum et 18 minutorum Harum autem zonarum seu regionum terre prima et ultima secundum aliquos quia sunt nimis a sole remote sunt inhabitabiles propter nimium frigus ¶ Tertia vero que est media est sub via solis et nimis prope eum ideo vocatur zona torrida ¶ Et dicitur inhabitabilis propter nimium calorem ¶ Alie due scilicet secunda et quarta non nimis appropinquant soli nec nimis elongantur ab eo ideo sunt temperate in caliditate et frigiditate quare secundum hanc considerationem essent habitabiles nisi aliud obstaret impedimentum ¶ Et in hac divisione terre vocavi illam zonam primam que est versus polum articum que nobis propter apparet licet astrologi assignantes dextras positiones in celo dicunt polum antarticum esse polum mundi et secundum hanc considerationem nos essemus in basi et sinistra parte mundi quia habitamus versus occidentem et versus polum articum ¶ Sed si consideremus motum proprium qui est secundum zodiacum qui est in contrarium motui rapto sic dextrum est polus articus et superius quia forte iste motus est nobilior et partes que sic moventur nobiliores et maior multitudo stellarum nobilium est in illa medietate celi que est versus polum articum saltem quantum ad illam medietatem que nobis apparet ¶ Et secundum istud nos essemus in superiori parte et nobiliori et ad dextram et est prima zona versus polum articum Capitulum viii de varietate opinionum circa habitationem terre

De habitatione dictarum plagarum terre sunt opiniones varie ¶ Nam ut tactum est quidam dicunt quod tertia plaga est inhabitabilis sed alii dicunt contrarium et quod est multum temperata specialiter versus medium sub equinoctiali ¶ Et hec fuit opinio Avicenne pro qua sunt alique rationes per quas suadet quod calor qui est ibi propter propinquitatem solis propter aliquas causas potest temperari Immo dicunt aliqui quod ibi versus orientem est paradisus terrestris in uno monte ¶ De quarta autem plaga que est inter tropicum hyemalem et circulum antarticum sicut pertractum est dicunt aliqui quod est ista temperata et bene habitabilis sicut hec secunda in qua sumus ¶ Et ideo dicunt quod ibi sunt antipodes qui possident istas regiones et habitationes sicut nos et habent hyemem quando nos habemus estatem et econtra ¶ Sed non est accessus inter nos et eos quia oporteret transire per torridam zonam et specialiter sub tropicis ¶ Secundum hanc opinionem ista gens non habuisset notitiam predicationis Christi et apostolorum quod tamen in omnem terram exivit sonus eorum ideo hanc opinionem reprobat Augustinus in 16 de civitate dei quam quidem reputat quasi unum figmentum fabulosum ¶ Et dicunt quod ista quarta plaga pro maiori parte est cooperta aquis ¶ Et ad hoc inducunt rationes satis probabiles ¶ Et inter alias una facit rationem et quia concorditer concluditur quod licet illa plaga sit inhabitabilis tamen si aux solis moveatur 100 annis uno gradu vel circa ut aliqui dicunt contrarium erit si mundus tamdiu duraret quia nostra pars erit dissipata et male habitabilis et illa quarta plaga fieret temperata et habitabilis si esset discooperta aquis ¶ Sed adhuc non habetur certitudo quantum moveatur aux solis ¶ Ideo hec consideratio non est certa

¶ In hac in opinionum varietate rationes ymaginarias hinc et inde non curo apparere quia in istis rebus non tam ymaginationibus quam experientiis et probabilibus historiis reputo certitudinaliter adherendum ¶ Utcumque tamen sit de varietate opinionum hominum tamen satis excedit me habitudinem solis ad regiones illarum plagarum super quo

gressiones aliquę circa ponende sunt. Prima quod illi qui habitant sub equinoctiali
circulo sicut supra dictum est habent omni tempore dies et noctes equales, et transiret
sol bis in anno per eorum capita scilicet quando transit per equinoctialem et esset eis per medium
anni versus polum articum, et per aliud medium versus polum antarticum. Et nos
sumus eis habemus versus unam partem. Et ideo ipsi uno anno habent duas hyemes
sine magno frigore scilicet unam quando nos habemus estatem et aliam sicut et nos.
Similiter habent duas estates unam in martio quando habemus ver, aliam in septembre quando
habemus autumpnum. Et ista sunt in imaginatione una causa temperantie illius loci.
Secunda conclusio quod illi qui habitaret sub tropico estatis haberent solem supra capita
eorum die solsticii estivalis in meridie. Tercia conclusio est quod illi qui essent inter
tropicum estatis et circulum articum habent dies longiores in estate quam noctes
quanto plus distaret ab equinoctiali, et breviores in hyeme. Et numquam habent
solem supra capita ipsorum ut patet. Quarta conclusio est quod illi qui essent sub circulo
artico quando sol est in solsticio estatis et in circulo meridiei tangeret eorum orizontem
et non occideret eis et sic non haberent noctem in die naturali. Similiter quando esset in solsticio
hyemis esset una dies naturalis in qua non orietur eis sol et esset eis nox
continua. Quinta conclusio est quod illi qui essent inter circulum articum et polum articum
habent plures dies naturales in estate sine nocte in estate, et quanto plus
appropinquat polum tanto dies artificiales estatis sunt longiores et durat
unus dies in uno loco per unum mensem, in alio per duos, in alio per tres
vel plures. Et proportionaliter est longior una nox hyemis. Sexta conclusio est quod illi
qui habitaret recte sub polo haberent per medium annum solem super orizontem et
continuum diem et per aliud medium annum continuam noctem. Et ita si vocemus diem
totum tempus quo sol est super orizontem non haberent in toto anno nisi unum diem et unam
noctem. Et sic dictum est de una medietate terre que est versus polum articum, similiter intel-
ligendum est de alia medietate versus antarticum et habitatoribus eius. Et hec omnia sine
alia probatione exemplariter patebunt in spera materiali

Capitulum viii de quantitate terre habitabilis

Ad investigandum quantitatem habitationis terre
intelligendum est quod habitatio dupliciter consideratur. Uno modo respectu celi scilicet quantum propter
solem potest habitari et quantum non. Et de hac superius dictum est generaliter.
Alia est habitatio seu alio modo consideratur respectu aque scilicet quantum aqua impe-
diat. et de hoc nunc est considerandum. De quo varie opiniones sapientum. Nam Ptolomeus
libro de dispositione spere libro ultimo dicit quod fere sexta pars terre habitabilis est propter aquam
et totum residuum est coopertum aqua. Et ideo in Almagesti libro secundo ponit quod habitatio
nota non est nisi in parte quarta tantum scilicet in qua habitamus cuius longitudo est ab oriente
in occidentem et est medietas equinoctialis, et huius longitudo est ab equinoctiali
in polum articum et est quarta coluri. Sed Aristoteles in fine libri celi et mundi vult quod plus
habitatur quam quarta. Et Averroys hoc affirmat. Et Aristoteles dicit quod mare est
parvum inter finem Hyspanie a parte occidentis et inter principium Indie a parte orientis
et non loquitur de Hyspania citeriori que nunc Hyspania communiter nominatur. Sed de Hyspa-
nia ulteriori que nunc Affrica dicitur de qua certi auctores loquuntur ut Plinius
Orosius et Ysidorus. Insuper Seneca libro naturalium dicit quod mare est navigabile in paucis

diebus, si ventus sit conveniens, ut Plinius dicit in Naturalibus libro 2o, quod navigatum est a sinu arabico usque ad gades herculis non multo magno tempore. Unde ex hiis et aliis consimilibus rationibus de quibus magis tangam cum loquar de occeano, concludunt aliqui apparenter quod mare non est tantum quod possit cooperire tres quartas terre. Contradicit adhuc auctoritas Hesdre libro suo 4o dicentis quod 6 partes terre sunt habitate et septima est cooperta aquis. Cuius libri sancti habuerunt in reverentia, utentes sacris per eum confirmant. Et ideo videtur quod licet habitatio nota Ptolomeo et eius sequacibus sit coartata infra quartam, una tamen est habitabilis plus. Et multa loca etiam quod plus potuit nosse auxilio Alexandri et Neronis qui ad investigandum dubia huiusmodi fuerunt soliciti. Sic de Alexandro testatur Plinius libro 8 et etiam Solinus. Et de Nerone narrat Seneca libro de Naturalibus 6. Illius magis videtur credendum quam Ptolomeo vel etiam Albategni qui adhuc vix ponit esse habitabile medietatem partem terre, sed deficit in probatione sicut posset ostendi, sed brevitatis causa transeo, quia etiam huiusmodi rei declaratio magis patebit in sequentibus. Ex premissis igitur est dicendum et infra patet quod terra rotunda non est habitabilis ad modum dicti. Sic dicit [illegible]. Sed est velud quarta superficiei unius spere. Cuius quarte due partes aliquantulum extreme restinduntur, scilicet ille que non habitantur propter nimium calorem ac nimium frigus. Et non potest hoc ita conveniens in plano figurari sicut in sperico.

C. ix. de divisione terre habitabilis

Licet vero ultra quartam predictam in qua habitatio magis sit habitacio ut aliqualiter tactum est, et magis infra patebit, tamen prius habitatio nota est in hac quarta. Ideo circa illius divisionem magis insistunt Astrologi. Unde Ptolomeus eam dividit per 26 lineas eque distantes ab equinoctiali et que procedunt ab oriente in occidentem. Prima est sub equinoctiali ubi dies semper artificialis 12 horarum, sed Ptolomeus non dicit quod ibi habitant gentes. Secunda transit ubi dies longior 12 horis et una quarta. Tercia ubi dies est 12 horarum et duarum quartarum id est medie hore. Quarta ubi dies est 12 horarum et 3 quartarum. Et sic semper ascendendo in qualibet linea quarta unius hore usque ad 26 lineam ubi dies 18 horarum et dimidie, quam dicunt esse in medio Britannie. Hec est forte in Scotia vel in aliqua insula. Et adhuc dicit Ptolomeus habitacionem ultra. Sed ideo non est quarta sic notat in suo quadripartito, quia sic dicit ubi sunt plura loca inhabitabilia propter frigiditatem nimiam. Sed Albumazar et Alfraganus aliique plures Astrologi aliter dividunt terram habitabilem, scilicet per septem Climata distincta per 8 lineas equidistantes ab equinoctiali. Et vocatur Clima spacium terre in quo dies prolixior excedit aliud per dimidium hore diem prolixiorem alterius terre vel exceditur ab eodem. Et licet verior et naturalior esset divisio penes quartas partes hore secundum priorem divisionem, tamen quia ille partes sunt parve, ideo alii consideraverunt maiores et quiserunt in uno climate duas illarum excludendo aliquas partes extremas illarum, et hec divisio est famosior. *Nota climata*

¶ Primum Clima dicitur Dyameroes. Et dicitur a dya quod est de et meroes civitas, quasi a meroe civitate denominatum, vel ut dicunt quidam, ab una insula que est in fluvio nili que dicitur meroe. Secundum Dyasenes, vel ab una alia insula nili vel civitate ibi existente que vocatur Syene sic dicunt quidam. Tercium dyalexandrios

q2 ibi e ciuitas Alexandrie Quartus dyarodes q2 in eo est insula rodi vbi
fuit ecclesia damascij et ideo a quibus tamen non denominantur climata seu hec clima q2
tunc forte non erant tunc famose Sed alij et melius ponunt has ciuitates
in ·o· climate ppe quartum Quintus dyaromes q2 ibi est Roma Sextus dyabo-
risthenes a quodam fluuio sic denominatus vel ut quidam dicunt a vento borea Sep-
timum dyarifeos a montibus rifeis sic dictum vbi est terra valde frigida Aliter ecclesia
ista climata nominat ysydorus in ·o· libro Ethicorum Primum clima secundum eum meros
Secundum senon Tercius katharcos i. castrina Quartus rodus Quintus ellespodius
alias allespontus Sextus mesopontus Septimum brusteus hec autem climata att-
ribuunt astronomi planetis septem vnde dicit Albumasar in 2m pisos psalx
Primum attribuitur saturno q2 ibi habet aliquod dominium seu influenciam specialem Secundum
clima attribuitur Jovi et ita de aliis secundum ordinem planetarum Sed secundum grecos primum
attribuitur saturno Secundum attribuitur soli Tercium marti Quartum Jovi Quintum veneri Sextum
lune Septimum marti vnde ex hac opinione valet parum quantum exigua sit cititu-
do de scriptura rei valet ¶ Decimus de longitudine et latitudine climatum
Notandum clima magis habet de longitudine quam de latitudine q2 longitudo
est procedendo de oriente ad occidens Et latitudo de meridie in septentrionem
Primum quod clima secundum astrologos quod in longitudine medietatem totius terre
quam aliqui mensurant per stadia ut supra tactum est Sed Alfraganus et alii
alij aliorum mensurant per miliaria et dicunt quod quilibet gradus ciuitatis terre habet 7 6 mi-
liaria et duas tertias vnius Et sic habet tota ciuitas 20 400 miliaria et esset me-
dietas 10 200 · que valent leucas 7 100 computando pro duobus miliaribus
vnam leucam et sic tanta e longitudo primi climatis Secundum vero breuius primo
et 3m secundo et sic deinceps descendendo versus aquilonem Sed auctores
non ponunt latitudinem mensurare longitudinem ipsorum Et hec longitudo climatum per
appositum ad eclipsim lune reperta e longitudo autem climatum procedendo de
meridie in aquilonem Et primum primi climatis e versus equinoctialem 12 graduum cum aliquibus
minutis que valet secundum Alfraganum 112 miliaria cum dimidio que valet
206 · leucas cum vna quarta Medium autem primi climatis e vbi maioris diei
prolixitas e 12 · horarum et vbi eleuatur polus articus super circulum emisperii 16
graduum Cuius minima est vbi prolixitas diei 12 horarum et dimidie et quarte partis
vnius hore et vbi eleuatur polus 12 graduum et dimidio et quarta vnius Et exte-
ditur eius latitudo usque ad locum vbi longitudo prolixioris diei 13 horarum
et quarte vnius hore Et eleuatur polus 20 graduum cum dimidio et e spacium terre
440 miliaria secundum auctorem spere de mundi Sed ipse in hoc non bene concordat secum
in mensura quam supra posuit de ciuitate terre per stadia Si ita sit ut ipse ponit
quod octo stadia valet vnum miliare q2 sic latitudo primi climatis esset sic
enim 617 · miliariorum que e alia que in supra dicta quam ipse ponit concordando
cum Alfragano cuius mensura videtur aliquibus melior vnde secundum hanc mensuram
quilibet gradus ciuitatis terre non esset tantus sicut supra dictum est secundum auctorem de spera
vel ad concordandum cum alio dicendum e quod secundum eum miliaria et leuce sunt plures mo-
ra et breues quantitate Et quod hic vnum miliare valet de illis 12 stadia et 40 passus

cum dimidio pede et mediam plus quod dicitur impossibile reputari. Sic unum miliare gradus de aliis unum cum dimidio et continet 22 partem unius. Ex hiis sic concludere quod primum clima habet 7 gradus et 47 minuta que valent 220 leucas latitudinis. Secundum clima habet 7 gradus qui valent 200 leucas. Tercium habet 6 gradus et 10 minuta que sunt 170 leuce et 7 passus. Quartum habet 7 gradus et 20 minuta qui valent 170 leucas. Quintum habet 4 gradus cum dimidio qui 127 leuce cum dimidia. Sextum habet tres gradus et 47 minuta qui sunt seu valent 108 leucas. Septimum habet 3 gradus et 17 minuta qui sunt 92 leuce cum dimidia et latitudo omnium climatum sunt 38 gradus et 47 minuta qui valent 1010 leucas. Et hec mensura latitudinis climatum inventa fuit per consideracionem elevacionis poli vel alicuius stelle in diversis locis. Sic ergo inventa fuit tota quantitas terre. Medium autem secundi climatis habet diem 13 horarum et dimidie ubi elevatur polus 24 gradus et quarta unius. Medium autem tercii climatis habet diem 14 horarum ubi elevatur polus 30 graduum et dimidio et quarta unius. Medium quarti habet diem 14 horarum et dimidie ubi polus elevatur 36 graduum et 12 minutis. Medium quinti climatis habet diem 15 horarum ubi elevatur polus 41 gradu et 2a unius. Medium sexti habet diem 15 horarum et dimidie ubi polus elevatur 45 graduum et 2 minutis. Medium septimi habet diem 16 horarum et elevatur polus 48 graduum et 2 tertiis.

De inicijs vero et finibus climatum et elevacione poli in eis remitto ad tractatum de spera et alios qui super hiis particulariter tractant. Hic autem dicere sufficiat quod in fine septimi climatis est dies maxima 16 horarum et quarte unius. Et ibi elevatur polus 50 graduum et dimidie. Unde patet quod cum parisius elevetur polus fere 49 graduum ibi est quasi medium 8vi climatis. Et hec de climatibus dicta sufficiant.

Capitulum xi de anteclimatibus et postclimatibus

Sicut patet ex predictis climata simul sumpta terminantur per duas lineas quarum prima incipit primum clima et est circa equinoctialem per 12 gradus cum dimidio, et alia terminat septimum clima et habitaciones que sunt ultra primam lineam vocantur anticlima et que sunt ultra secundam lineam vocantur postclima. Modo sic est quod experiencia et auctoritate multiplici probatur quod homines non solum vii climata habitant. Sed quarta terre et plus longe homines continentur [?] naciones unde ultra primam lineam ponunt auctores plures habitaciones. Nam secundum Plinium libro ii° v° et vi°. Et secundum Ambrosium Exameron libro iiii° sunt aliqui qui per duos dies anni sine umbra sunt in partibus meridionalibus. Et quod sola habitantes super verticem sunt undique per circuitum illuminantur. Unde austri dicuntur, i. sine umbra et amphiscii i. circumumbrati. Et hii sunt sub equinoctiali. Et hec gens secundum Plinium genus in India horestes dicitur et meroenes et Simai aput quos est mons Malleus nomine in quo umbre per senes menses sic variantur. Sed adhuc ultra equinoctiale ponit Haly duas civitates quarum una dicitur Deloyt [?] cuius longitudo est in 122 gradibus, et latitudo [?]. Adhuc autem quod plus est invenimus secundum Plinium habitacionem esse sub capricorni tropico et ultra. Nam regio pacchalis [?] insula de [?] portu celeberrimus ubi umbre solum in meridie cadunt quod habitationes eius habent post solem ad aquilonem. Et idem refert de insula taprobane libro vi de qua homines cum Roma venissent Claudij principatu mirati sunt quod umbre eorum cadebat ad aquilone et sol oriebatur

circuli meridie. Et est ad occidentem Indie versus orientem secundum Albategni de qua parte
Plinius dicit et insuper Ptolomeus de dispositione spere ponit quod natura exigit
quod sit duo genera Ethiopum sub duobus tropicis, nec obstat secundum aliquos
naturalis dispositio celi, que propter solis propinquitatem videtur terre esse loca inhabitabilia
propter calorem in illa propter alias dispositiones locorum accidentales ut propter altitudinem
montium prohibentium calorem ac propter alias causas potuit ibi esse loca habitabilia
maxime in locis subterraneis cum sol est circa oppositum augis. Et ut Plinius
salutari de habitantibus sub capricorni tropico de quibus potuit certificari per eos qui
de Roma ad ea missi sunt, licet autem loca ultra capricorni tropicum secundum aliquas
sic optime habitabilia, quia secundum Avicennam et Averroym libro celi et mundi ibi est
superior et nobilior pars mundi, propter quod est aliquorum opinio quod ibi sit paradisus
terrestris, tamen non invenimus aput aliquem autorem certa illa descripta

Quantum vero habitatur versus aquilonem Plinius ostendit libro iiii° per experientiam et mu-
tationes varias navium usque ad illud locum habitatur ubi extremi cardines sunt istius mundi
et ubi est dies per sex menses et nox per tantum. Et Marcianus in hoc concordat. Unde
quod ibi sit gens beatissima que non moritur nisi sacietate vite. Ad quam cum venit
precipitat se alto saxo in mare. Et vocatur yperborei de Europa de Arimphei
de Asia

Quantum vero a linea que terminat climata versus occidentem pauca vel nulla est habitatio
nisi forte aliquae insule parve, quia ibi est magnum mare quod vocatur oceanus. Et
ibi sunt dicit Isydorus sunt ymagines in certis insulis quas quidem tenebat signum
quod ultra non erat habitatio quas posuerat Hercules unde vocantur Gades seu Colum-
ne Herculis. Et dicunt aliqui quod similes posuit ymagines versus orientem sicut Averrois
in celi et mundi. De hiis ymaginibus facit mentionem et dicit se eas vidisse et
esse prope Hyspaniam in affrica ut supra tactum est et magis infra dicetur ubi tractabitur
de mari oceano etc. ¶ Quantum autem ad lineam que terminat climata versus
septentrionem ultra eam ulterior est habitatio sicut Anglia Scotia Dacia Norwegia et plures
alie regiones quarum ultima secundum aliquos est insula Tyle. Et secundum Avicennam
et Averroym in fine libri de celo et mundo, finis terre habitabilis versus orientem
et finis terre habitabilis versus occidentem sunt valde prope vel satis prope, et inter me-
dium est parvum mare quantum ad latitudinem licet per terram sit magnum spacium quod sit
medietas circuitus terre. Et ideo si climata se protendant ad finem occidentis sicut
dicunt autores et non teneant nisi longitudinem nisi medietatis circuitus terre

Sequitur secundum Averroym quod climata non se extendunt usque ad finem orientis, et
quod magne sunt habitationes ultra septem climata versus oriens. Unde necesse quod clima-
ta vel eorum aliqua sint longiora quam ponant astrologi. Et hec de hiis que sunt
extra climata breviter dicta sunt

Capitulum xij de locis inhabitabilibus

Quia vero dictum est de locis habitabilibus tam in climatibus quam extra Consequenter
aliquid dicere expedit de locis inhabitabilibus. Ubi est sciendum quod quemadmodum
medici dicunt, quod ad cognoscendum naturam corporis humani oportet considerare ad ra-
dicem superiorem scilicet ad celum et eius dispositionem, ac etiam ad radicem inferiorem

sz ad dispositionem et complexionem psone ¶ Consilr est i proposito q quantum ad habitationem terre vna causa gnalis e re celi sz moderatio seu tepantia distantie
vie solis / qr nimia eius distantia vel nimia eius propinquitas est causa nimii fri-
goris vel caloris ¶ Sed alie cause pnt esse spales re terre int quas possumus
pnt tres assignare / que faciunt aliqua ptez terre inhabitabilez / licet sequenti
solis distantia et infra climata vna e qm pars terre est coopta mari vel im-
pedita aquis ¶ Alia qm terra ipa e sterilis et infructuosa / vel serpentibz et mal
bestiis occupata sic est de aliquibz desertis et montibus ¶ Tercia est dispositio
seu figura aliquorum concavorum locorum sic montium et vallium / qui sunt inhabitabiles ppt
excessum caloris aut frigiditatis ¶ Aut qr aer e nimis subtilis vel nimis grossus
¶ Aut ppt aliquam indispositionem aeris que non est humane nature conveniens ¶ Sz ecc pgrun
possibile est / q in distemperamenti distantia solis aliquis locus qui quantum ad hoc esset
inhabitabilis ppt causam trium causarum predictarum tamen oppositarum esset ad habitandum vel de
convenis ¶ Et sic dicunt historie q montes yppolei sunt vel de boni tepamti / et inha
bitatores ibi vltre sunt longevi / adeo q quum ppt tedium vite se aliquos interficiunt
et tamen illi montes sunt longe extra climata versus septentrione ¶ Et causam huius de
clarat lincolniensis dicens q hec est ppt figuram et dispositionem horum montium qr hnt
superficiem versus solem politam et concavam ¶ Ideo recipiunt et retinent convenient
lucem solis / et inde calore sufficientem et tuentur habitatores a ventis terre ¶ Et propter
istas causas duas non est ita vltre frigus ¶ Vnde patet q si cause spales bone ha-
bitacionis convenirent seu concurrent cum gnali vltz q terra esset bone fertilitatis et bn
situata ad sole et cum bono aspectu celi / tunc illa regio esset optime temperata
¶ Et possibile est q terrestris paradisus sit ¶ Et forte etiam talis locus e / que auctores
vocant insulas fortunatas etc
¶ Ex premissis etiam manifestum e q ex pte cause gnalis e sup dicte ¶ Quatuor extremitates
terre etiam int lineas tirantes climate constitute / non sunt bene habitabiles et spaa
due extremitates / quarum vna e versus meridie et alia versus septentrionem ¶ Et io dicit ptolomeus
et haly et alii antiqui auctores q in illis duabz extremitatibz sunt homines silvestres
et infallibilem, scilicet divinam voluntatem, tamen quia ipsa est nobis
penitus ignota nisi per divinam revelationem, ideo prophecie que
sunt de talibus futuris astronomicis coniecturis adaptare est omnino
vane superstitionis et superstitiose vanitatis [illegible]
De theologicis propheciis quibus astronomica iudicia possunt ¶ qualiter conve-
niencius adaptari aliqua expedit exempla particulariter
annotari et primo duo sufficiat exemplari unum de veteri aliud de
novo testamento, primum de generali diluvii prefiguratione secundum de
nativitatis Christi significatione. De primo igitur exemplo aliquid tetigi
in predicto tractatu de legibus et sectis. Guillelmus parisiensis libro
de universo qui tractat de cataractis celi de quibus scripsit Moyses
loquens de diluvio exponit quod per eas intelligunt quidam illas par-
tes celi que sunt causative pluviarum et inundationum aquarum
quales sunt signa aquatica ut cancer piscis et pleyades
et orion. De potestate vero mars venus et luna. Unde concludit quod
cataracte quodammodo tunc apte intelliguntur cum cause quodammodo ad
istas operationes pluviarum nutu creatoris laxate sunt et ex potes-
tate. Et ideo licet Noe illud diluvium prognosticaverit per revelationem propheticam
tamen probabile videtur quod aliqua constellatio astrorum illud effectum pre-
signavit et ipsius aliqualiter particularis causa fuit ad quod causa concurrere
potuit aliqua coniunctio magna vel maxima que quodammodo dilu-
vium antecessit ut infra patebit. Verum nunc apparet probabile quod aliqua
constellatio illud futurum diluvium prefiguravit, quia quod arcus celestis
signum sit quod tale diluvium non amplius esse venturum sit in Genesi
scribitur: Arcum meum ponam in nubibus celi et erit signum federis
inter me et terram. Cumque obduxero nubibus celum apparebit arcus

meis in nubibus et recordabor federis mei quod pepigi vobiscum
quod non erunt aque diluuii vltra ad vniuersam terram carnem
Vbi dicit magister historiarum quod noe maxime timebat ne aque
diluuii iterum super terram inundaret quotidie orabat ne hoc fieret
Et ut josephus refert pepigit fedus deus quod vltra non fieret
diluuium Et in signum federis quinque deus ponit arcum suum in nubibus
et est signum duorum iudiciorum scilicet per aquam preteriti ne timeatur et futurum
per ignem ne appetatur Inde est quod habet duos colores ceruleum
qui aqueus est et est exterior quia preterit aqua et rubeum qui
igneus est et est interior quia futurum est ignis et nota secundum
et tradunt sancti quod xl annis ante iudicium arcus non videbitur ex eo
quod causa naturalis excludit desiccationem aeris iam incepta Ergo iterum
patet quod sic generale signum potest presignare diluuium ignis ita
celestis constellatio naturale potest aque diluuium presignare quod
autem dictum est de arcu respectu federis exclusionis diluuii in
telligendum est de diluuio generali quod notat verbum dicte scripture
Non erunt inquit vltra aque diluuii ad delendam vniuersam
carnem Nam post ea plures fuerunt diluuia particularia ut in chro
nicis plurimis et alibi de quo ysidorus xiii ethimologiarum in fine
premisse vero dicte theologie possunt conuenienter applicari illa conclusio
precedente que dicit vniuersum cathaclismum excludit et applica
cionem dimitto ne in primo exemplo prosequendo prolixitas generetur
¶ Hec secundo autem ego aliquando tetigi in prallegato tractatu
sed adhuc sine temeraria assertione / sed cum generali reuerencia di
co quod benedicta christi incarnatio et natiuitas licet multum
fuit miraculosa et supernaturalis / tamen circa quo ad multa quantum ad
dispositiones corporis et natiuitatis natura tamquam famula deo suo
et creatori subseruiens diuine omnipotencie cooperari potuit et
in quibus perfecte et astare subtilem conceptionem cum virtute naturali vir
ginis marie matris eius et ideo videtur non naturali consonum
nec penitus legi dissonum in hiis per astrorum veritatem theologorum
concordare qua inuenio expediens esse circa hoc considerationem ma
iorem quoniam et maxima que fuit 40 anno augusti ce
saris quem dixerunt astronomi fore super legem christianalem futuram
et reuolucionem motus saturni et iouis ad tempus illud et inueni
tempus eius fuisse coniunctos per mediocres cursus suos ante natiuitatem
christi per 6 annos et centum dies et tres horas et fuit illa con
iunctio in cancro et si fuisset propinquior capiti arietis fuisset
maxime ut exponunt periti astronomi sicut in dicto tractatu ple
nius notatum est ¶ De inde attendo quomodo figuram christi
natiuitatis que per perfectos 40 annos fuit scilicet 40 anno dicti
augusti cesaris quasi fuit 27 mensis decembris in numero aureo
xiii et concurrente ... est in secundo anno cicli decemnouenalis
et in 12 anno cicli solaris secundum computistas quod sitimum est
non computacione vel relatione sed acceptabili compositione appreciari

in antecedentibus resoluendo. Hoc vero dicte stelle natiuitate xpi fuit circa
mediam noctem secundum ipsum certificare. Cuius prima visitacio post siderum
coniunctionem media quorum solis et lune in marcio preueniente scilicet die completa
ad meridiem Ierusalem ubi puer natus est nobis ut patet per tabulas de
mediis quorum ordinacio per quas concordat astronomi antiqui
et recentiores et modernas. Ex quibus predictis videtur posse concludi
quod illius benedicte natiuitatis ascendens erat 7mus gradus libre
cuius figuram plenius describere peritis astronomis relinquo.
Superiorum [?] ante hoc modo notatis considerandum est quod quecumque
inventa fuit cuius stelle natiuitate eiusdem xpo signa dei sapientia
quantitati xpo ypostatice vnita bonitatem constellacionis augere
potuit in melius ipsiusque dispositionem in malum penitus suspendere
maxime quia stelle et planete sicut narrat boni sunt ita quantum
in eis est bona intendunt et consistunt nec ad malum inclinant
de se sed solum ex parte recipientis propter ineptitudinem et mobilitatem
insipientis sicut in dicto tractatu plenius expressum est. Ex quibus
et que dixi circa duo exempla premissa satis innotescit que
conformiter possent dici circa alia que in lege hebreica et in
lege xpiana recitantur. Ex omnibus autem suprascriptis satis patet
visio ad primum dubium principale in principio huius operis propositum et ex
dicendis patebit modo ad secundum. 6

De annis ab origine mundi nobis volentibus expedit premittere
De tractare distinctionem de varia anni acceptione expedit
premittere. Nam secundum ysidorum quinto ethimologiarum tripliciter distinguitur
annus. Est enim annus lunaris 30 dierum. Alius solsticialis si-
ve solaris 12 continens menses. Alius magnus omnibus planetis
in eundem locum recurrentibus quod fit post annos solsticiales plurimos.
Et de isto anno magno dixi in tractatu de legibus et sectis quare
de ipso non est loqui presentis propositi. De anno vero lunari licet
quandoque sumatur pro una lunacione que est 29 dierum et 31 minutorum
diei cum aliquibus minoribus fraccionibus sicut dixi in tractatu de
correctione kalendarii et communiter capitur annus lunaris pro 12 lu-
naribus lunacionibus que vocantur menses lunares. Sic ergo annus
lunaris minor est anno solari vndecim diebus ex quibus concre-
scentibus pluries replicatis colligitur una lunacio et sic constituitur
annus lunaris embolismus sine [?] continens 13 lunaciones communes.
Hebrei vero et arabes vtuntur anno lunari 12 mensium licet
diuersimode ordinant suos menses et pariter addunt suas fracciones
sicut notaui in tractatu de vero ciclo lunari secundum arabes.
De anno autem solari varie sunt opiniones de quibus ut ad con-
cordiam deducam sciendum est quod ista de varietate anni prius fuit apud
hebreos caldeos et grecos et antequam plene transiret ad latinos
romulus primus vrbis rome fundator 10 menses in anno con-
stituit incipiens a marcio de quo ouidius libro de fastis. Tempora dige-
xit tunc conditor vrbis in anno constituit menses bis quinque esse

suos Cinq menem assignant quod satis est utero matris annum perficiat in
fans hoc anno statuunt tempus esse satis Aliam quidem Romani assignat o
vidimus de nominibus mensium dixisse consequenter quibus non insisto
quia sunt pro posito parum Hic vero Numa Pompilius qui successit
Romulo huius artis peritior decem mensibus duos addidit videlicet
Januarium et Februarium Unde ibidem Quidius At Numa nec Janum nec
auitas preterit umbras mensibus antiquis imposuit quidem duos Ang
Romuli constabat ex 300 diebus et quibusdam mensibus 30 diebus
Annus vero Nume ex 354 diebus Sed Julius Cesar in astronomia
edoctus sicut notat Lucanus cum quedam astrologos in Egipto cum
de quantitate anni solaris disputarent et ordinem kalendarii tempore
suo sicut potuit fieri stabilivit quia vidit solem non facere
cursum suum in anno nisi cum adimpleret undecim dies et sic
constituit annum ex 365 diebus integris quibus adiunguntur
sex hore quibus quater in quatuor annis diem faciunt bisextilem hac
autem etiam dici constantem quod hore non ponunt astronomi esse
integram sed tres de sexta parte unius hore et modico plus
ut tractavi et declaravi in principio dicti tractatus de correctione
kalendarii et magis in fine tractatus de legibus et sectis vel sole
Unde quod precisa quantitas anni non dum est certificata et dicunt
aliqui periti astronomi quod nunquam de precise equalis sed modica
differentia que quantum ad presens propositum parum vel nichil facit
De initio vero anni solaris sciendum quod licet Numa sic post eam
Romani annum suum inceperunt a solsticio yemali quod tunc fuit
in principio Januarii quia tunc sol incipit ascendere Romuli
autem et Hebrei incipiunt annum ab equinoctio vernali videlicet in
Marcio quia in eo mundus factus fuisse dicitur Arabes vero in
aprili in solsticio estivali quia dicunt quod sol sit factus in illo mense
Egiptii vero incipiunt ab equinoctio autumpnali videlicet in septembri
iuxta auctem terra protulit herbam virentem et fructum faciens
iuxta genus suum Antiquiores autem tempus fructuosum secundum locum in
eo debuit esse anni principium sed non obstantibus premissis de anni
quantitate et eius initio multe nationes longe aliter utuntur anno
Unde Augustinus 15 de civitate dei narrat quod apud plerosque scrip
tores quasdam historias reperiri Egiptios habuisse annum quatuor mensium
Acarnanos sex mensium Lavinios 13 mensium et subdit quod Plinium
29 etiam commemorasse relatum fuisse in libris aliquos vixisse 152
annos alios 10 alios 200 annorum habuisse vitam alios 300 quos
quosdam ad 500 alios ad 600 nonnullos etiam ad 800 perve
nisse Hec omnia in fallaciam temporis accidisse arbitratur Alii namque
in quinque estate determinant annum et alii hyeme Alii quadripertitis
temporibus quibus sicut archades quorum anni trimestres fuerunt Addunt
etiam aliquando Egiptios quorum parvos annos quaternorum mensium
supra diximus lune finem limitasse annum itaque apud eos inquit
et singula milia annorum vixisse produntur Declarat etiam pluralitate
annorum loquitur Solinus in principio libri sui de mirabilibus mundi

sicut allegavi in tractatu de ymagine mundi et capitulo de insula tar-
pobana ubi perstant annorum puritatem incessissimum quod ordine
solum hystoriarum narratorum cum nostre fidei veritate de mundi duracione
¶ Insuper beatus Augustinus ibidem recitat et reprobat quorundam opinionem
qui primeve etatis homines tot annos vixisse credunt sicut sa-
cra scriptura commemorat Et ad hoc soluendum putant alios annos
illis temporibus computatos tante brevitatis ut unus annus noster
decem illorum habuisse credatur quapropter inquiunt cum audierit quis
vel legerit nongentos annos quemquam vixisse debet intelligere no-
naginta quia annus unus quales decem faciunt unum nostrum 36 habet
dies consummis itaque patet quod diversa et adversa sunt de quantitate anni opinio-
Premissam anni varietatem variamque distinctionem oportet ad
primiforme et completam anni solaris quantitatem reducere et in hoc
theologorum et astronomorum veritatem concordare Nam cum motus solis
sit nobis metrum et mensura aliorum motuum celestium notum est
qualiter tunc computetur annus apud varias gentium naciones
quod eorum anni reducuntur ad mensuram anni solaris completi
et perfecti in circuitu solis et equinoctialis in eodem equinoctio vel
ab uno solsticio in eodem solsticio Et ideo Augustinus in preallegato
libro quintodecimo de civitate dei contra predictam opinionem
de parvitate annorum prime etatis ita concludit procul removen-
dus est error qui creditur sed ita vult astruere scripturarum nostrarum
fidem ut alibi destruat Et subdit prorsus et tunc iam tunc
dies fuit quantus et nunc est quem viginti quatuor hore diurno
curriculo nocturnoque determinant tantus mensis quantus et nunc est quem
in luna capta et finita concludit et ergo menses lunares ponit
Augustinus triginta dierum fuisse videtur quod communius facere scripture
non per menses lunares hebreorum debet accipi solares latinorum
sed per menses lunares hebreorum et arabum cum quibus concordat
computacio astronomorum calculorum per quos magis ad proprium subiungit
tantus fuit tunc annus quantus et nunc est quem triginta et sex
menses lunares additis propter cursum solarem undecim di-
ebus et quadrante i. quarta parte diei confirmat Et hunc veritati
theologorum concordat antiquorum astronomorum tradicio Nam predictam anni
solaris quantitatem abrachis qui fuit antiquissimus astronomorum
astronomus concordat cum canones thabularum azarchaelis et al-
phansij qui docent annos persarum hebreorum et arabum ad pre-
dictam quantitatem anni reducere Et si annus noster ad hunc
esset rectificatus qui non plene ad hunc illam quartam partem
diei continet ut dictum est prius fieret computacio subtractis
subtrahendis et additis addendis Ex insuper non est hic per-
mittendum quod astronomia theologorum veritati concordat de longitudine

antiquorum nam ut dicit albumasar astronomi posuerunt varios
annos fridarios planetarum qui sunt respectiuum ad longitudinem natiuitatis
maximos maiores et minores complexi. Etenim maximum fridaria saturni
sunt 467 Iouis 421 Martis 284 Veneris 1151 Mercurii
480 Solis 1461 Et lune 720. Ad istos autem annos nullus
peruenit tempore nostro ideo frustra et sine fundamento eos posuissent
astronomi nisi ad eos quisque aliquando peruenisset. In quo tamen mirum
videtur quod tot annos attribuunt soli. Unde in libro predicto dicit augustinus
quod cum plures 900 annos vixerunt nemo tamen ad mille peruenit
Sed quare potuit quod aliquando peruenerit quos sacra scriptura minime commemorat
ut idem Augustinus ibidem ait Non omnes homines qui tunc esse
potuerunt scripture sacre eius historiam uere studuisse nominare sed
eos solos quos operis suscepti non postulabat ut per eos a quibus
per successiones etatum generationum ab uno homine propagatarum peruenitur
ad abraham ac deinde a semine eius ad populum dei et ad ciuitatem
eius ipsiusque regine ac conditorem operum. Iam vero illud quod supra
tactum est de annis fridariis videamus. Anni ergo maiores saturni
sunt quinque septem 71 Iouis 69 Martis 71 Solis 126 Veneris
82 Mercurii 16 Lune 108. Anni vero medii saturni sunt 40
cum dimidio Iouis 47 cum dimidio Martis 40 cum dimidio solis
69 cum dimidio Veneris 46 Mercurii 48 Lune 16 cum dimidio
nec non quasdam 39 cum dimidio. Anni autem minores saturni
sunt 30 Iouis 12 Martis 17 Solis 19 Veneris 8 Mercurii 20
Lune 27. De quibus ergo annis fridariis dicunt astronomi quod
si minores aliqui transierint ad medios peruenire poterunt. Sed
medios transactis aliqui licet pauci ad maiores annos peruenire.
Sed postea declinat que sua astronomie vitam credidit qui
libro allegato Augustinus etiam ita concludit tam magnos igitur
annos vixerunt illi antiqui usque amplius quam 900 quatenus
postea vixit abraham 110 et postea eius filius eius ysaac 180
Et filius eius Iacob ipse 170 Et nunc veniunt homines 70 vel
80 vel non multo amplius de quibus dictum est et amplius eorum
labor et dolor. Ad confirmationem autem sacre historie de longitudine
antiquorum ibidem allegat Augustinus testimonia de magnitudine corporis
que longe ampliores tunc fuerunt quam nunc sunt. Ubi inducit
virgilius auctorem qua significarentur maiora tunc corpora producere
solere tunc tellurem. Inducit etiam compertam de ossibus gigan-
tum que in modum plurium aliorum contulerunt sic ipse se vidisse
testatur. Inducit preterea plinium secundum doctum quanto magis magis-
que procedit seculi cursus minora corpora naturam ferre quod etiam home-
rum poetam notasse commemorat. Post ea subdit quod dicat etiam
plenius esse ad quandam gentem ubi 200 vivunt. Sed concludit si

continuare quo vitare difficultatem quas accepti non sumus hodie esse
credimus incognita nobis loca aut non fuisse et credentes ipsa
an vero credibile est alicubi esse quod hic non est et incredibile est
aliquid fuisse quod nunc non est. Sed de hiis ista sufficiant ut de proposito.

c Ex predicta anni varietate varia est acceptione ¶ Consequenter 8
non procedit apparens dissonancia seu contrarietas inter hebreos et
lxx interpretes sive seu in christianorum historiagraphorum cronicis super
computacionem annorum ab origine mundi. Hec manifeste sequitur ex pre-
missis quia licet hebrei utantur annis lunaribus et solaribus tamen
lunares anni ad solares reducuntur ut dictum est nec illorum annorum
diversitas posset tantam antiquorum dissonanciam que in annorum computacione
notatur efficere sicut ex dicendis inferius cum diligenter consideratur
clarius apparebit. ¶ De dissonancia vero hebreorum et lxx inter-
pretum de qua tractatum est non intendo specialiter prosequi sed solum
contentari in verbo Augustini qui libro 17 capitulo ita concludit
Illa igitur numerorum varietas que inter codices hebreorum invenitur
et nostros non est de hac antiquorum longitudine dissensio et si quid ita
ita diversum est ut verum esse utrumque non possit rerum gestarum fides ab eo
signo repetenda est ex qua interpretatum est quod habemus que facul-
tas cum volentibus presto sit non tamen vacat quod lxx interpretes
in plurimis que diversa dicere videntur ex hebreis codicibus emendare
ausus est nemo. Non enim est illa diversitas putata mendositas
nec ego ullo modo putandam existimo sed ubi non scriptoris error
aliquid eos divino spiritu ubi sensus esset consentaneus veritati non inter-
pretancium munere sed prophetancium libertate aliter dicere voluisse cre-
dendum est. De dissonancia ergo que inter nos et varios scriptores reperitur

d De explicanda difficili ¶ deinceps plura dicturi sumus. ix
Dissonancia exponendam varie in computacione annorum a mundi ori-
gine distinctionem etatum mundi convenit prenotare. De hiis autem
in pluribus locis tractavit Augustinus ut in libro 83 questionum et de doctrina
christiana in libro contra genesim et libro de kathezizandis rudibus
et specialiter in fine vicesimi secundi libri de civitate dei. Has etates
sex diebus mundane creacionis adoptans distinxit ut prima
etas tanquam dies primus sit ab adam usque ad diluvium secunda inde
usque ad abraham non equalitate temporis sed numero generacionum denas quippe
habere reperiuntur. Exhinc iam sicut matheus evangelista determinat tres etates
generacionum usque ad christi subsequuntur adventum que singule denis et
quaternis generacionibus explicantur ab abraham usque ad david alia
a david usque ad transmigracionem babilonis tercia inde usque ad christi
carnalem nativitatem. Fiunt igitur omnes 17 6ta nunc agitur nullo
generacionum numero metienda propter quod dictum est non est vestrum nosse
tempora vel momenta que pater posuit in sua potestate post quam in qua

Undie septima requiescet dominus deus in nobis ipsis faciat requiescere
et sic erit septima eius sabbatum nemini omnis finis non est vespera
De sex predictis etatibus tractauerunt ysidorus beda ethimologiarum et magister
in hystoria scolastica et fere omnes catholici cronicarum scriptores
quorum plures etiam annorum quotitates annotauerunt de quibus inter eos
varia sunt opinionum varietas et quia primi annorum sumatores fue
runt septuaginta interpretatores deinde josephus eusebius je
ronimus exuper crasinus beda ysidorus ideo opinionem eorum hic de
scribere decreui 1o ergo a mundi principio usque ad diluuium secundum magistrum
hystoriarum 2242 annos posuerunt Ipse vero methodius 2000
qui tamen per totalia stella disposuit ut opponit annos si super
sunt et ideo ut etiam de uno annorum posuit jeronimus autem non
plene posuit 2000 Sed josephus secundum aliquos posuit 2676 secundum
tamen aliquos videtur Sed liber corrupta inepta ideo usus autore
primus annus est adam josepho teste fuerunt tamen 600 milia pe
ne duo orosius vero cum concordat beda ponit secunda ab adam
usque ad ninum regem sub quo natus est abraham 3184 annos
Eusebius autem in prefatione cronice sue quam jeronimus de greco in
latinum transtulit ita scribit Cum diuinam scripturam ita diligenter
reuoluerim a natiuitate abrahe usque ad totius orbis diluuium inve
niens retrorsum annos 942 Item a diluuio usque ad adam 22
42 in quibus nulla penitus nec greca nec hebraica et ut
loquitur ut conuenienter nulla inuenitur gentilis hystoria Ex quo
patet quod Eusebius concordat de annis prime etatis cum 1o inter
pretibus nisi solum de annis duobus quos vltra posuit magister
hystoriarum ut supra quod forte vitio scriptoris factum est Patet
autem cum Eusebio concordat totaliter crasinus Sed mirabile est
quod ipsi sua computatione a 1o interpretatibus accipiunt jeronimus vero
ab hebraica veritate Sed cum josephus hebreus fuit mirum videtur
quod computationi jeronimi et omnium aliorum concordat transcendit Ex quibus
premissis patet et manifestum est quod computationem annorum prime etatis
sunt apud scriptores dissonancia In aliis autem etatibus non tanta
et ideo hic de eis breuitatis causa pertranseo contentus ysidori computatione
recitare Ipse namque ab adam usque ad archam edificatam computat
annos 2242 In quo concordat 1o cum deinde ingrediens primam
et secundam etatem ab adam usque ad abraham numerat annos
3284 In quo concordat cum Eusebio et cum orosio Item ab adam
usque ad dauid tres etates comprehendendo computat 4224 Item
quatuor etates usque ad transmigrationem babilonis 4619 Item
vsque ad christum in quo est finis 7e et principium sexte etatis 7210
Et hec de mundi etatibus sufficiant De quibus illud finaliter notandum est

q(uod) Euzebius in principio sue cronice signanter expressit ubi etiam in
hebreis codicibus dissonantes etatum annos invenies plurisque ut
nunc putet fuit interpretibus visum quam veritati sequendum quia illud
potius quod exemplarium multitudo traxit
8 Dissonanciam opinionum de annis mundi usque ad Christum concedit vero
citare nam ut in isto dicto compositum est nostre hystoriae seu
cronicae scriptores hos varie descripserunt et inter primos auctores
illius suppositos Euzebius Cezariensis Christus omnibus sue ponit
6000 annorum posuisse non enim est ita quod constet manifeste patet quia
ab abraham et regno nini a quo sua cronica inchoavit procedit
per etates quas 12 ... usque ad ... tempora ... imperi-
ales usque ad Christum qui ... anno imperii Augusti est
natus et 17 anno tiberii predicare visus est usque ad hec tempus
annos recolligens ita concludit computantur igitur in principio anni
17 Cezarius tiberii a secundo anno instaurationis Christi templi que
facta est a secundo darii persarum anni 548 a Salomon autem et
prima edificatione templi anni 1060 a Moyse et egressu israel de
egipto anni 1739 ab abraham et regno nini anni 2044 a di-
luvio anni 2986 ab adam anni 7228 Ex quibus liquet in
tantum sed post ea ... submovit quod hic incidenter
dignum ... Jhesus Christus inquit morte sua passus est anno ty-
berii xviiimo quo tempore etiam in aliorum et multorum commentariis ... ad
... scripta reperimus solis facta defectio bitinia terre motu concussa
et in urbe morantes plurime corruerunt que omnia hiis congruunt
que in Christi passione acciderunt scribit enim super hiis flegon qui
olimpiadarum egregius reputator est in 10 et ... iudecimo libro
ita inquit olimpiade 202 magna et excellens inter omnes que
ante eam acciderat defectio solis facta dies hora sexta ita tene-
brosam noctem versus ut stelle in celo vise sunt terre quoque motus in
bitinia nicene urbis edes subverteret hec superaddens vir argu-
mento ... quod salvator isto anno passus sit eandem probit quod
... post 17 annum tiberii cezaris ... annum ... predicasse Jo-
sephus autem ... scriptor ... die pente-
costes sacerdotes locorum primum cognovisse et quosdam sonitus sensisse
testatur de inde ex adito templi repentinam subito erupisse vo-
cem dicencium transmigremus ex hiis sedibus Scribit enim vir
supradictus quod eodem anno pilatus preses secreto noctis ymagines
cezaris posuit et statuerit ... prima ... et seditionis
iudeis causa extitit hec Euzebius 202 olimpiade signanter
Et ut ad illud quod propositum est redeamus ex premissis patet quod predicta
computacio annorum usque ad tempus predicacionis Christi satis concordat
cum orosii computacione usque ad tempus sue nativitatis Nam ...

ad augustum scribens ita dicit quod a primo homine usque ad ninum magnum
ut dicunt regem quando natus est abraham fluxerunt anni 3184
qui ab omnibus hystoriagraffis vel obmissi vel ignoti sunt anno
autem ab abraham usque ad cesarem augustum id est usque ad nativitatem
christi que fuit anno imperii cesaris 42 quando bella toto orbe cessaverunt
colliguntur anni 2015 Et sic fiunt anni 5199 ab adam
usque ad christum secundum orosium tamen concordat Beda Et cum orosius et beda
ultra quinque milia ducentos ponunt annos minus uno fuit tamen quod
ultra ducentos posuit 23 et alii 28 ysidorus vero quasi mediator inter
istos ponit sicut supra dictum est ab adam usque ad christum 5210 et ne
computacionem aliorum ignorare videatur subdit ibidem invenimus ab initio
mundi usque ad nativitatem christi secundum librum orosii 5199 vel secundum
alios 5238 vel 5228 ex quibus patet quod tota dissonancia inter pre-
dictos catholicos scriptores de annis ab adam usque ad christum est 28
vel 30 annis vel circiter qui videntur faciliter concordari per primum
modum quem tangit magister hystoriarum in fine libri regum ad de-
terminandum contrarietates que emergunt de collacionem regum iuda
et regum israel videlicet quod frequenter contrarietates et alie possunt determinari per
synodochen hoc quia illi plurimos annos numerant ponunt partem
pro toto ponentes quosque annos incompletos pro annis perfectis et completis
Et ita secundum quod quia admittunt annorum fracciones sicut dies
menses quartas tercias et medietates annorum Ubi autem esset
annorum tanta diversitas quod per synodochen vel aliud racionabilem modum
non posset racionabiliter concordari sicut videtur hic vicio scriptoris
credendum est accidisse qui in propriis nominibus et numeris sepe fallitur
Et ita docuit augustinus 17 de civitate dei Illa inquit diversitas in
numerorum aliter se habent in codicibus grecis et latinis et aliter
in hebreis scriptoribus tribuatur error Et post ea subdit quod cum
diversum aliquid in utrisque codicibus invenitur quando quidem ad
fidem rerum gestarum utrumque esse non potest verum ei lingwe potius
credatur unde in aliam per interpretes facta est translacio Hec ille De libris
annorum scriptoribus dicta sufficiant etc.

De annis mundi utile est computacionem hystorialem videre et hanc
computacionem prosequimur et punctatim in speculo hystoriali
diffuse tamen dicta fuerunt colligam Anno vero 600 vite noe in-
undavit aque diluvii ab initio mundi 1656 et ibi prima etas
terminata est quasi infancia oblivioni data Anno vero secunde
etatis 222 mundi vero 1818 genuit nachor filium suum thare
in quo terminatur secunda etas que tamen a diluvio usque abrahe nativitatem
usque ad annum thare 70 Secunda etas habuit annos 292 Et sic
quod ab initio mundi usque ad ortum abrahe fluxerunt anni 1948
ab abraham autem usque ad david fuit tercia etas habens annos
1888 ab initio mundi in se vero continens annos 940 David autem

primus scilicet saul in iuda regnante apud iudeos 40 annos in ordine re-
gum principio incipit quarta etas non ut quidam dicunt per regum inicio
inchoatur. Cum inchoasset in saule sed quia mutacionem promissionis olim
patribus facte de christo et regno eius non sequitur mirantur quod datur dauid ubi dicitur
de fructu ventris tui ponam super sedem tuam. Et tenet hec etas an-
nos 487 usque ad ultimam captionem iudeorum. Ab adam vero 3313
Igitur ab inicio captiuitatis que iuxta prophetiam ieremie 70 annis per-
seuerauerant. Etas quinta accordando non tenet que continet annos
500 et circiter 90 que ad christum terminata est. Ex quibus omnibus
ab adam usque ad christi natiuitatem ubi incipit sexta etas ita colliguntur
anni 3963 et hec secundum hebreos qui ut asserunt ex hebraica histo-
ria iuxta beati ieronimi translacionem annorum numerum computant dicunt
ut ibi ait ante abrahe tempora tam ante diluuium quam post multo
plures anni in editione reguntur quam in nostra quam reperiantur et que
patet ex supra allegatis ab eusebio orosio ysidoro qui antiquam
translacionem secuti sunt quorum computacio predicta hebraicam compu-
tacionem excedit annis 1236. Post ea vero sub uno uideamus
quod si maiorem numerum illum prosequi voluerimus in 3° libro regum
cum ab exitu de egipto usque ad edificacionem templi 600 an-
nos inuenimus et insuper in regno anno regis iuda 12 annos
quorum tamen 10 apud hebreos habentur. Computatis itaque omnibus
inuenimus ab inicio mundi usque ad natiuitatem dei secundum bedam
quem sequitur ecclesia annos 5199 xx° vnde tolle datis adini-
cia quinque ducentis. Nascente deo dat beda prothoplasto. Ut
miramur si hec bede computacio ab ecclesia conseruatur que lege
antiqua hebraica secundum translacionem in usu ecclesie habetur. Non
solum beda et illi cronographi quos ipse ut dictum est in-
sequitur sed omnes catholici doctores tam greci quam latini
iuxta translacionem 70 computacionem annorum obseruabant. Sed
illam etiam sequitur augustinus 20 de ciuitate dei ubi ait
quod septimi millenarii annorum mundi posteriora spacia suo
tempore voluebat. ubi incidentaliter notandum est quod augustinus ibi non
assertiue ut quidam crediderunt sed recitatiue ponit illam opinionem
que dicebat quod propter mundi duracionem ideo distinxit deus per 6 dies
ut significaret quod mundus que per totam duracionem temporalem fac-
ere dispensauerat in 6 annorum millenariis adimpleret. Quam sequitur
opinionem in pluribus locis et specialiter ut supra dictum est in fine libri de
ciuitate dei assertiue respuit. Aliam quoque in titulo psalmi sexti
illorum refert que aduentum domini et iudicium post 1000 annorum
ab adam futurum crediderunt ut 1000 annorum tamquam 1 dies trans-
eant. Deinde illud tempus tamquam octauus dies adueniat

De talibus autem dicendum quid catholice tenendum sit, Sedulius satis
probabiliter explicavit in quodam sermone de adventu domini super
illo verbo Baptiste quia prope est regnum dei regnum etc. his obmissis ad
512 a Adam more mundi computationem ex [..] proposito reddendo
Expedit astronomorum consideratione ad aprilem hoc autem videtur posse
posse per tabulas astronomorum a diluvio citra sed non supra quia
de superioribus annis ut ab Eusebio et Orosio perfectum est nulli
gentiles historiographi aliquid tradunt quia non astronomi de
illis tabulis ediderunt ex quo illos annos ex sola revelatione
divine historie suscepimus licet quidam Indi asserunt tabulam
astronomorum per quam calculant coniunctiones stellarum et luminum Moysen
tradidisse. Dicit igitur quod a diluvio citra possunt astronomi
annos mundi certificare quia a radice certa et hora sumunt
sue progressionis initium. Nam secundum tabulas Alphonsi
radix diluvii talis fuit ab incarnatione Christi quod eam precessit
per annos 3103 cum mensibus 11 et diebus 29 hii autem sunt
anni persici qui paululum maiores sunt annis romanis quia
persici sunt anni 367 diebus pretermissa quarta diei parte
firmant constare quare manifestum est non idem initium sui anni
in una temporis parte sicut apud grecos et latinos ut inveniri
ex articulariter per temporis dicti spatia eorum quia menses simul
30 continet dies preter octavum qui continet dies 37 ex quo per
dicti anni parum minores sunt annis romanis ideo a diluvio
usque ad Christum plures inveniuntur quam anni romani vel plus
de duobus annis uno mense et 11 diebus minutis obmissis
quod sic patet secundum alphonsum quia inter diluvium et regis
alphonsi sunt anni romani 3373 menses 3 dies 12 minuta
et inter vero incarnacionis Christi et regis alphonsi sunt anni
romani 1271 menses quinque nichil et diebus minuta 17 et
subtracto minore a maiori remanent a diluvio usque ad Christum
anni romani 3101 menses 10 dies 10 minuta 30 ex quibus
patet quod cum Beda ponat ab Adam usque ad Christum 7199 subtractis
inde 2282 annis quos ponit [..] usque ad diluvium remanent
secundum Bedam a diluvio usque ad Christum anni 2917 et
sic discordia a computatione alphonsi excedit alphonsus Be
dam in annis 183 vel circiter et addit eius discordie illi
qui ultra computationem Bede ponunt 11 annos ut ipsi vel ut
alii 28 vel 29 aut 39 sicut patet ex supradictis Cum vero vin//
centius ponat ab Adam usque ad Christum secundum computationem hebrea
veritatem 3463 patet quod subtractis inde annis 1656 quos
ponit in prima etate usque ad diluvium remanent secundum eius
computationem a diluvio usque ad Christum anni 2291 et sic discor[dia]

a computatione alphonsi que dictam computationem excedit de annis 19
vel circiter. Et dixi circiter propter fractiones quas hic amisi. Ex
premissis ergo manifestum est quod computatio Bede quam sequitur ecclesia mul-
to magis propinqua est computatione alphonsi scilicet de annis 672 e-
vel circiter quapropter videtur melius sequenda quam computatio vincen-
tii maxime quia facilius potest concordari cum computatione
alphonsi pro maiori sui parte videlicet per synodalem quam Beda an-
nos integros sine fractionibus numerat. Alphonsus vero annorum frac-
tiones non amittit quia non astrologi de hiis que motus et quantitates dimen-
sionesque spere stellarum et planetarum. Demonstrat in talibus computationibus sunt
ut videtur tenere principatum ideo alphonsi computationem sequar in se-
quentibus consideratis hiis que erunt de magnitudine coniunctionum temporibus.

Ad amorem mundi computum volentibus magnitudine tempora coniunctionum
adaptare opus est coniunctiones dictas prognosticare. Sciendum est
igitur quod secundum aliquorum modernorum astronomorum opinionem duplex
est planetarum coniunctio. Una est superior que est trium planetarum superi-
orum et alia est inferior que est quatuor planetarum inferiorum. Coniunctio
vero superior est quadruplex: maxima, maior, minor et media. Co-
niunctio maxima est quando coniunguntur tres planete superiores Saturnus
Jupiter et Mars. Coniunctio minor est Saturni cum Jove. Minor Jovis
cum Marte. Media Saturni cum Jove. Magna autem coniunctio est Satur-
ni et Jovis in principio arietis que fit in 960 annis semel. Et hec
secundum albumazar et antiquos astronomos dicebatur maxima ut no-
tatur in tractatu de legibus et sectis quem edidit petrus de alliaco cum
dicta est sui introductorii ubi dicit quod maior coniunctio omnium coniunctionum
est coniunctio saturni et Jovis in initio arietis. Secunda vero earum quod ut
ibidem ait est permutationes earum triplicitatum et fiunt in ducentis quadraginta
annis. Junguntur enim in qualibet triplicitate scilicet tres et faciunt in una
quaque triplicitate scilicet coniunctiones. Demum mutatur earum quod ad triplici-
tatem que eam succedit. Tercia coniunctio est saturni et martis in initio can-
cri que fit in omnibus 30 annis. Quarta vero coniunctio secundum alca-
bicium est saturni et Jovis in uno eodem signo semel que fit in omnibus
20 annis. Sed quia hic magis intra considerantur intencio de mediis
et minoribus coniunctionibus superiorum planetarum variis scilicet tam superiorum
quam inferiorum planetarum coniunctionibus nichil hic amplius dictum
sumus quia illarum multitudo maiorem requirit tractatum. Iuxta do-
ctrinam ptolomei in centiloquio verbo 71 ubi ait Non obliviscaris
120 coniunctionum que sunt in stellis erraticis in illis enim est
maior scientia eorum que fiunt in hoc mundo et aliarum illarum coniunctionum

Magnitudine coniunctionum superius dictarum conveniens ad dictas annotationes
est breviter applicare. Nam cum dicat ptolomeus verbo statim
allegato est quod in illis 120 coniunctionibus est maior scientia eorum
que fiunt in hoc mundo tamen magnas coniunctiones que prediximus

c. xi

c. xii

reputing maioris efficacie fuisse ad maiores mutationes in hec secu-
futuras. Nam coniunctiones illorum superiorum planetarum sicut aut massa
hella signat res maximas et maxime mirandas propter ra-
ritatem in motibus eorum et in hoc concordant omnes astrologi quod nunquam
fuit aliqua istarum coniunctionum sine aliqua magna et mirabili
sive notabili mutatione. Et hoc innuere quibus concordat ari-
stoteles in libro de natura et proprietatibus elementorum. Ubi aut
ubertas et sterilitas fuit per stellarum permutationem in signis di-
versis super climata. Et mortalitas gentium pestilentiarum et regna
vacua fuit apud coniunctiones stellarum duarum saturni et iovis. Per
eorum enim permutationem in signis de triplicitate in triplicitatem acci-
dunt accidentia magna. Sed in speciali loquendo de coniunctione
maxima trium superiorum dicunt astronomi quod si illam aspe-
xerit sol illa signat novas sectas et regnorum mutationes
et destructiones aliquorum climatum pro magna parte et significat
prophetam. Et si ista tres planete coniuncti fuerint in castris suis
significabunt sanitatem et sterilitatem nisi fuerint fortunati ut in-
nuit aristoteles in libro de natura et proprietatibus elementorum et eve-
niunt effectus secundum convenientiam formis eorum. Unde si fuerit
illa coniunctio in signo igneo significabit terre sterilitatem
si in signo aqueo pluviarum multitudinem. Si in signo a-
ereo ventorum fortitudinem si in signo terreo frigoris super-
fluitatem. Et si fuit coniunctio in signis masculinis significat
detrimentum multorum animalium maiorum. De coniunctione vero ma-
xima saturni cum iove in principio arietis dicunt quod significat
res sectarum novarum et si iupiter fuit fortior fiat ma-
ximum detrimentum atque tribulationes. Et si ista coniunctio fuit
in signis igneis significabit terre siccitatem et sterilitatem et si fuerit
in signis aereis. Sed in signis aquaticis significabit in-
undationem aquarum et pestilentiam si fuerint impediti de
significatione ante aliarum quemadmodum dictum est circa determinationes
secunda quia coniunctiones iste magne magis ad propositum pertinent
eo quod magis possunt applicari addicta nostra pronosticare muta-
tiones sectarum et eventus ad mirandarum rerum. xiiii
Magnarum coniunctionum que fuerunt a diluvio usque huc minime
possumus propter aliqua veraciter calculare. Quia enim data cer-
ta radice faciliter fieri potest presupposita ultima coniunctio-
ne trium superiorum planetarum que secundum astronomos fuit anno
christi 1345 die marcii 28 in 19 gradu aquarii ut ait
que coniunctio secundum leopoldum aquarius diminuit victualia
gravat et consequenter pestilentiam significat maximam

ut patuit per effectum et variacionibus regnorum a regnis et climatibus va-
riis aliorum et plurimorum malorum sequencium quorum usque nunc remanent
vestigia. Ad hanc igitur coniunccionem possumus a posteriori computando
precedentes coniuncciones similes calculare, quod sic ostenditur. Nam simul
inventis annis a diluvio usque ad Christum et annis a Christo usque ad
coniunccionem predictam patet quod a diluvio secundum Alphonsum usque
ad Adam fuerunt anni [illegible] menses 5 dies 12 et minuta 30
item in martio sequitur quod si hec coniunccio fiet in annibus 22 annis
ut aliqui dicunt sequentes tabulas fecerunt. Inveni hoc fundamento
... gratia presupposito facile est calculare quod tales coniuncciones usque
ad diluvium precesserunt. Et similiter potest calculari ille que fuerunt ante
diluvium et significari per quot annos mundi a principio fuerunt prima tres
coniuncciones. Sed de illorum annorum computo nobis certitudo sed non habemus
coniunccionem certam ... propter dissonanciam opinionum
de annis a principio mundi usque ad diluvium sed hec diligenter advertendum
est quod licet secundum aliquos astronomos modernos predicta tercia principalis
dictorum planetarum coniunccio superiorum dicatur maxima propter plurium generacionum
pluralitatem tamen secundum astronomos antiquos coniunccio Saturni et Jovis
in principio arietis semper dicitur maxima propter effectus quorum significat
magnitudinem. Est enim maioritate rerum significata magis quam alia
predicta sicut omnes concordant astronomi. Et vero dicitur illius maxime
in capite arietis que fit in 960 annis. Alie coniuncciones Saturni
et Jovis distinguuntur in magnas maiores et medias sicut notat
Albumasar ubi supra. Et ut in preallegato tractatu de legibus
et sectis plenius expressum est cui concordat Leopoldus qui
aliorum astronomorum suas compendiose recolligit. Nam in quinto tractatu
sui ... ita scribit: Coniuncciones maiores mundi alterationes
et mutationes sunt tres. Coniunccio Saturni et Jovis in capite arietis
in 960 annis. Et hec secundum eum in superiori tractatu maxima est
in mundo et significat mutationem in sectis et in regnis. Secunda est
eorum in 240 annis secundum mutationem eorum de una triplicitate in
aliam que etiam magnam alterationem in hoc mundo significat. Tercia est
coniunccio Saturni et Martis in 30 annis in cancro ubi est Saturni debi-
litas et casus Martis. Quarta est coniunccio Saturni et Jovis in 20
annis que fit 12 vicibus in 240 annis secundum mutationem eorum
de una triplicitate in aliam que etiam magnam alterationem in mundo
significat. Hec ille. Variis in locis scripsit multa quoque alia que ad
propositum possunt adduci sed ista pro nunc sufficiunt. Ex quibus omnibus
colligitur quod valde videtur expediens unam ultimam coniunccionem Saturni et
Jovis maximam in capite arietis calculare. Et ab ista sicut
superius tactum est a posteriori retrorsum computando precedentes ei
similes coniuncciones invenire quia si eorum tempora notaverimus et ad eas

hystorias aplitemque inveniemus perfecte certa quoniam modi tempora
magnas mirandas mutaciones evenisse in hoc mundo
p c xvi Per predictam consideracionem manifeste calculacionem a posteriori
non possumus annos ab origine mundi certitudinaliter
verificare ut sic hic opinionem differencium concordare / Hoc ma
nifeste patet quia secundum ypotheses eos qui mundum aptum et apparere pre
tendunt opinare magnitudinem coniunctionum inventio nichil agit ad indi
citatem mirandam secundum vero eos qui mundum ponunt quasi se
principium et finem circa quod non possunt a posteriori calculari
anni qui fuerunt a principio mundi usque ad primam coniunctionem magnam
nisi data certa radice per coniunctionibus fundamento sicut sup
tactum est Septimum ante a priori prima coniunctio posset inveniri
et per hoc etas mundi a suo principio calculari et veraciter certificari
de intempestive tempore magis quam certitudinaliter tractare propono mus
c xvii Multum videtur difficile magnitudinem coniunctionum calculacionem a pri
ori ad annos mundi certitudinaliter applicare applicacio enim harum
coniunctionum potest ad hoc quod dicitur considerari / Unus modus est a
posteriori alius a priori Primus procedit ab ultima coniunctione a
scendendo ad precedentes Secundus ante a prima coniunctione descen
dendo ad subsequentes Primus modus vero est facilior ut ex
predictis patet Secundus difficilior ut ex sequentibus manifestum est
Nam iste modus procedendi presupponit pro fundamento signum celi
et dispositionem planetarum que fuit in mundi principio et inde
calculat primam coniunctionem et ab illa ceteras Sed istud fundamentum
est multum incertum maxime quia circa hoc magna est varietas
opinionum Nam Hebrei in equinoctio vernali dicunt mundum
factum esse Arabes vero in solsticio estivali / Egiptii vero in
equinoctio autumpnali et Romani in solsticio yemali sicut
supra tactum est ubi de anni principio agebatur / difficile ergo
est certitudinaliter scire que istarum opinionum sit verior illarum
etc pugnat quia astronomi katholici obsequium et cetera opinio
hebreorum narracione difficultate premissa utile videtur de crea
c 18 O cione luminarium et celi firmamenta disposicionem opiniones
theologorum et astronomorum distinguere / et ut accipitur in prima
mundi die summamque quorundam quorundam Sed circa hoc quidam do
ctores theologi et specialiter augustinus de illa luce que prima
die facta legitur et de luminaribus celi que quarta die
facta sunt / multas movet questiones willelmus altisiodorensis
in secunda parte summe sue prosequitur Sed de hiis solum tres
tangere propono que magis ad propositum tangere videntur Pa
ergo questio est qualiter illa lux faciebat diem et noctem
et hic est duplex modus dicendi Primus secundum doctores
grecos videlicet damascenum et basilium Alius secundum latinos

Alii enim dixerunt quod lux illa seu nubecula lucida emissione quorundam
radiorum suorum diem et noctem faciebat sicut ante dicebat tunc esse
in potestate lucis ipsius non virtute propria sed per preceptum
divinum omnipotentie sicut forte factum est in passione domini cum sol dicitur
obscuratus fuisse non quidem ita sed divino precepto et sic intel
lexerunt doctores grecorum fuisse in illo primo triduo Alius est
modus dicendi secundum doctores latinos quem beda et alii ex
positores communiter sequuntur quia sicut dicit bonaventura super
2o sententiarum distinctione 13 hic modus videtur esse rationabiliter
et veritati naturali proximior videlicet quod lux illa noctem et diem fa
ciebat suo motu et revolutione sicut postea sol facit sua cir
cuitione Nam lux illa intelligitur facta fuisse ubi nunc est sol et quod
illa formata creditur esse sol et habet quodammodo solis simili
tudinem distinctionem dierum et noctis fuisse constat et hic modus
probabilius sustinetur. Sed hic oritur secunda questio circa istam lucem
illa per suum motum faciebat diem et noctem et cum ipsa an
fuit producta quam mota sequitur quod fuit ante omnem diem
ergo ipsa non fuit opus prime diei. Si vero dicitur quod semel ce
pit esse et illuminare et moveri queritur ubi primo incepit aut
enim in oriente aut in occidente aut in aliqua parte celi. Si
in oriente ergo videtur quod primo fecit mane et post ea vesperam
et hoc est contra scripturam que dicit vespere et mane dies unus
Si in occidente ergo videtur quod lux ceperit in occasu quod est
inconveniens. Sed si in aliqua alia parte celi puta in me
ridie tunc videtur quod dies illa non habuerit 24 horas
quod est contra expositores. Ideo queritur ubi lux illa
primo facta fuit et qualiter inde diem et noctem fecit
Ad quod dicendum ubi videtur quod formatio illius lucis fuit opus
prime diei. Non quia dico quod illa ipsam lucem precesserit
sed quia semel incepit dies cum luce. Quamvis enim motus
rei sequitur esse rei secundum naturam tamen duratione possunt simul
esse in mobili in tempore. Et si queritur ubi lux illa inceperit
moveri dicendum quod ubi facta fuit. Sed de loco ubi facta est
due fuerunt opiniones. Quidam enim dixerunt quod lux illa
facta est in meridie duplici ratione. Primo quia lux illa
primo faciebat vespere et post ea mane sicut dicit scriptura
ergo videtur quod prius tendebat ad occasum quam rediret ad or
tum. Alia ratio est quia tunc perfecta sunt opera et sic ideo
diem et lucem fecit in sua plenitudine et sic in meridie
et hoc Beda videtur sentire et alii expositores qui dicunt
primum diem plena luce cepisse. Et si obicitur quod tunc
a principio diei usque ad mane non fuerunt 24 hore

Videtur quod tunc a principio dierum vi hore processerunt successione temporis dis-
cernite propter mutabilitatem ipsius materie et post ea vi ta hora que
est in mundo perfecto facta est lux quod est corpus perfectum in sua natura
in plena et perfecta irradiatione et tunc essent tunc temporis equinoctia-
le usque ad occasum fuerunt vi hore et post ea usque ad ortum se-
quentis diei fuerunt xii et vi processerunt ante formationem lucis
post creationem celi et terre Et ita factus est dies naturalis et integer
Alia opinio est quod non fuit mora temporis interiecta inter creationem
et distinctionem sed statim post creationem celi et terre produxit
deus lucem ita quod posterius natura sed simul duratione Et
isti dicunt quod tunc lux illa cepit in oriente et sua revolutione
perfecta tendendo ad eundem punctum iterum fecit diem naturalem Et hec
videtur Hugo in libro de sacramentis sentire et istud videtur satis
probabile ut ibi ceperit lux illa in die primo ubi conditus
est sol in die quarta creditur enim sol quarto die conditus fuisse
in oriente non in meridie et luna in occidente Et si obicia-
tur primum quod scriptura videtur dixisse factum est mane et post ea
vespere Dicendum est sicut tangit magister sententiarum in distinctione pre-
allegata Mane dicit sed non precedentis noctis et vesperum
dicit quandam obscuritatem propter hoc non tamen dicit diei ini-
tium sed noctis consummationem Et quia in prima lucis formatione
non precessit nox ideo dicit diem illum cepisse a plena lu-
ce ac si fuisset in meridie non quod dicatur prius precessisse mane
quam precesserat nox sicut prius vespere quod est finis diei Et post
ea mane quod est finis noctis quia prius fecit diem et post ea
noctem Hugo finaliter concludit predictus doctor quod tamen hic
modus dicendi quam precedens satis est probabilis nec est
facile discernere quis eorum habeat plus veritatis Ideo quo-
cumque istorum modorum dicatur non est facienda magna vis
sed tamen quod ad hoc quod variis doctorum theologorum sumus recitant
ut appareat quod ab eis quibus astrologorum opinio non discrepat
sed in tribus concordat Primo in astrologica ratione distinctionis
diei et noctis in 24 horas in motu illius lucis que prius
tribus diebus supplevit vicem solis Secundo quia illa lux
et sol qui eius successit conditi sunt in equinoctio Tertio quod sol
conditus est in plena luce et secundum quosdam theologos in
meridie et hec est quarum omnium astrologorum opinio Ideo incipiunt
computare diem a meridie quia tunc sol est in maiori virtute
¶ Alii autem pro variis considerationibus diem aliter disti-
guere consueverunt ut greci a mane usque in mane quod tunc
Duodecimum capitulum recapitulat summaria cosmographie ptholomey et de 12 parallelis principalibus orbis terre nostre habitabilis continentibus de quibus seu quorum locorum sub dictos parallelos secundum longitudinem et distancia ab occidente in orientem situatas compendiose recolligere studuimus Nunc copiose intelligere eorum qui veritate examinare poterunt quibus cosmographia claudii ptholomei consideravit hic nota quod vir [illegible] magnum illud et perutile opus [illegible] de greco in latinum sermonem translatum octo libros distinctione ordinatissime decoravit

Primus 24 capitula preambula continet 2us et 3us europam describit 4us affricam 4us et 6us et 7us asiam In septimo tamen specialiter indiam describit 8us vero liber habitabilis nostre divisione ad tabulas adaptat continuamque tabularum et picturarum explicat In libro 8o concluditur hic summaria descriptio tabule nostre orbis concludit

Capitulum 13 eiusdem summariam descriptionem nostri orbis concludit

Nostre habitabilis situs inter maximas partes divisus est quadmodum [illegible] descriptoribus qui sigillatim sunt [illegible] scrutati sunt qui ut hoc [illegible] relinquerunt et nos per partem ex illorum tradicione cognovimus Talia autem totius habitabilis fingere possumus ut in generis doctrinarum cupidis nichil expertum sit verum earumque mente per partem experimentare atque quod quam pro hystoria offerre et pro ad naturale quadam animi experiri possunt pro totius nostre habitabilis terminatur ab ortu solis terra incognita que populis orientalibus maioris asie sinarum scilicet atque sinarum eorum adiacet amaridie similiter terra incognita quendam pelagus cingit que vero amplectitur meridionalem ethiopiam regionem agysimbam appellatam ab occasu etiam terra incognita que sinum affrice ethiopicum cingit et de inde occidentali occeano qui ultimus occidentis partibus adiacet a septentrione occeano qui inde partitus insulas britanie circumplectitur ac partes europe maiore septentrionales includit ducalium donum atque sinarum appellatur partem vero limitis reliquos hic terra incognita que partibus asie maioris septentrionalibus in nunc sarmacie scilicet et sithie atque serum adiacet ex equoribus que a terra admittuntur nostrum quoddam mare cum sinubus suis medio mediterraneum pelagus et promontorium in pontum paludesque meotinas incipit mortuarium per fretum circum herculeum efficiens et similitudinem chersonesi hic angusta pelagi [illegible] caspium dicitur ab omni parte ambitur a terra insule similitudinem ex opposito ducimus aut altera de mari indico Nam eum cum suis sinubus arabico persico gangitico eoque quae [illegible] nota bula magnus sinus appellatum a terra similiter ab omni parte clauditur unde ex terris maioris totius orbis partibus asie cingitur affrica per dorsum arabie ex nostro mari a barbarico sinus excludit preterea per

terra incognita quam indicum pelagus
circumplectitur. Europe autem angitur
ex dorsum quod inter paludem meotim et sarmaticum occeanum est in tanaim
flumen alveus Affrica ab europa disiungitur. confinat athlantico solum freto
per se ipsa europe nulla ex parte contigua sed passim maris sinu asia
utrique earum extrema sit altera ambobus aricides gentes orientales partes
plangas harum trium partium per magnitudinem asia prima est 2a affrica 3a europa
Similiter inter maria quibus a terra circumplectitur ut dictum est primi maiori spatio
indicum pelagus primum est 2m mare cirum est 3m hircanum seu caspium postea
in sequentium sinuum primus est simpliciter maior est gangeticus sinus 2us persicus
3us qui magnus dicitur 4us arabicus 5us ethiopicus 6us ponticus 7us egei pela-
gi 8us paludis meotidis 9us hadriaticus 10us seu propontida in sequentium
insularum prima est tabrobane 2a albionis insula britanorum 3a aurea
chersonesus 4a hybernia britanorum 5a peloponesus 6a sicilia 7a
sardinia 8a corsica dicta cirnos 9a creta 10a Cyprus meridionalem
limitem terre nobis habitabilis terminat parallelus per meroe insulam transiens est
equinoctiali gradu 63 Sed autem parallelus per thylem insulam ducitur. Quare
longitudo terre nobis cognite omnis constat gradibus 79 1/3 1/12 aut ubi
qui gradibus 90 stadiis vero quadraginta milibus fere veluti 8o gradu
quingenta stadia complectente ut ex diligentia dimensione comprehensum
est ~~Longitudo autem~~ Longitudo autem ambarum constat stadiorum centum et octuaginta
milibus Deinde extima orientalem plagam noti orbis terminat meridianus
ductus per metropolim sinarum distans a meridiano descripto per alexan=
driam versus solis ortum super equinoctiali gradibus 119 1/2 ortu autem fforis
equinoctialis circuli. Occidentalem vero finem claudit meridianus qui per
insulas fortunatas describitur distans et ipse a meridiano alexandrie
gradibus 60 1/2 horarum autem equinoctialium quatuor a semicirculo vero qui
maxime orientalis est gradibus 180 Et horis equinoctialibus duodecim dividi
colligitur totius noti orbis longitudinem super arcu equinoctialis circuli nona
ginta milium stadiorum esse super autem parallelo maxime australi octuaginta
et septem milium et trecentorum et triginta trium Sed per parallelo rhodio maxime continentali
quadraginta milium et octingentorum ac quinquaginta et quatuor rursus in parallelo
Rhodiorum in quo potissime fuit dimensionis distanti ab equinoctiali gradibus
triginta et sex stadiorum septuaginta ac duorum milia fere per parallello
Syene qui ab equinoctiali distat gradibus 23 1/2 1/3 1/9 de fere medium
tenet totius latitudinis octuaginta simpliciter et duorum milium ac tre[illegible]
torum triginta et sex iuxta proportionem parallelorum productorum ad equinoctialem
sunt quod longitudo terre habitabilis maior latitudine in inclinationibus vero per rhodum
dimidia quodammodo et tertia parte In inclinationibus vero que sub parallello
per sienem sunt eque sunt proportione et fere 6a In plagis maxime australibus
tudini ac etiam sexta parte In inclinationibus que sub equinoctiali sunt
tudinem ac etiam quinta maior dici autem narris in parallello
quandoque maxime australi horarum equinoctialium habet tredecim Similiter
in parallello per meroen equinoctiali horas habet 13

In equinoctiali horas 12	13
In parallelo per Syenem	13 $\frac{1}{3}$
In parallelo per Rhodum	14 $\frac{1}{2}$
In parallelo per Thylem maxima continualis	20

Omnes dicta longitudine latitudine et numero horarum equinoctialium

Capitulum 14m precedentis capituli declarationem subiungit 2m

Quia dicto in precedenti capitulo Ptholomeus mensuras longitudinis et latitudinis orbis habitabilis per stadia de quibusdam parallellis principalibus locorum et diversorum horizontum ad equinoctialem, ideo adhuc ad eius declarationem notanda sunt quedam regule quas ipse ponit in fine primi libri sue Cosmographie. Qualium est equinoctialis quinque talium est ~~per Syenem~~ per Meroem quatuor $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ unius circuli, hoc ad ipsum quam sexaginta quinque hoc est quemadmodum ad undecim, id est proportio sesquidecima. Qualium est equinoctialis quinque talium est per Rhodum quatuor unius zone, hoc ad ipsum est proportio sesquiquarta. Qualium est equinoctialis quinque talium est per Thylem duo cum quarta unius zone, hoc ad ipsum quam viginti ad nona, id est proportio sub… per… novas. Ad declarationem autem dictarum regularum sciendum est quod cum in prima dicitur qualium est equinoctialis quinque talium est per Meroem quatuor est sensus cum 3a [illegible] quod quales partes equinoctialis habet quinque ipsum per quinque tales partes parallellus per Meroem habet quatuor $\frac{1}{2}$ $\frac{1}{3}$ ut … medietas equinoctialis continet 180 gradus que si dividantur in quinque partes quelibet continet 36 gradus. Et de istis quinque partibus medietas parallelli per Meroem continet unam … que hic 12 gradibus. Ergo medietas huius parallelli est graduum 174. Et sic parallellus per Meroem continet quatuor quintas equinoctialis cum una medietate et una tertia unius sexte de medietate huius parallelli dicendum est sic proportio de medietate aliorum parallellorum intelligitur ut vel dicatur quod medietas parallelli per Syenem continet quatuor quintas medietatis equinoctialis cum 12a que sunt gradus 164. Et medietas parallelli per Thylem continet duas quintas medietatis equinoctialis cum una quarta que sunt gradibus 81

Capitulum 14m summam provinciarum nostri orbis recapitulat

Premissis autem addendum est quod sicut Ptholomeus in fine primi libri sui summariam descriptionem nostri orbis conclusit sic etiam in fine 8i libri summam provinciarum quas in precedentibus libris specialiter descripserat generaliter annotavit. Habuit specialiter in eodem 8o libro ad tabulas 26 adaptavit quibus continentur in Europa tabule decem provincie quatuor et triginta in Affrica tabule quatuor provincie in Asia magna tabule 12 provincie quadraginta et octo. Ubi notandum est quod sicut ipse in proemio libri declarat gradum … in … annotavit spatiis … tabularum forma …

longitudinis gradus proferendo gradibus latitudinum proximum nam quod
gradus longitudinis et latitudinis provinciarum sumuntur a medio earum
Dico ergo ptholomeus quod provincie seu satrapie noti longitudinis orbis sunt hec

In europa provincia	34		In libro 2° capitulo p°
Ibernie insula britanica	11	48 ½	
Albion insula britanica	20	44	
Yspania betica	7 ⅓	38 ⅓	2ª tabula
Yspania lusitania	8	39 ½	
Yspania tarraconensis	11	42	
Gallia equitanica	18	43 ½	3ª tabula
Gallia lugdonensis	23	48	
Gallia belgica	36	47	
Gallia narbonensis	22	44 ½	
Germania magna	34	42	4ª tabula
Retia et vindelica	32 ½	46 ⅓	
Noricum	37 ½	46	
Pannonia superior	39 ½	47	
Pannonia inferior	41	44	
Illiris	41	44	
Delmacia	44	42 ⅔	
Italia	46 ⅔	41 ⅔	In 3° libro 6ª tabula
Cirnos id est corsica insula	30	40	
Sardinia insula	31	38	7ª tabula
Sicilia insula	39	36	
Sarmatia in europa	67	47 ½	8ª tabula
Taurica chersonensis	42	48	
Jazigis methanasti	43	38	9ª
Dacia	49	44	
Misia superior	43	43	
Misia inferior	46	44	
Tracia et	44	41	
Chersonensus	30	41	10ª
Macedonia	41	38	
Epirus	40	37	
Achaya	42	37	
Euboia insula	41	36	
Pelaponensis insula	41	36	
Creta insula	44	34	In 4° libro 1ª tabula
In affrica provincie seu satrapie 12			
Mauritania	8	33	
Mauritania cesariensis	13	32	

Numidia	30 ½	30 2a
Affrica	36	31
Cirenaica que et pentapolis	40	28 3a
Marmarica	42	28
Libia	47	29
Egiptus inferior	61	30
Egiptus thebais	62	24
Libia interior	18	22 4a
Ethiopia supra egiptum	62	12
Ethiopia omnibus hiis australior	70 australior	12
Asia magna provincie 48		in 4o libro 1a tabula
Pontus	48	48
Bithinia	44	128
Asia que proprie dicitur	68	68
Phrigia magna	69	30
Liria	68	37
Galatia	32	41
Paphlagonia pisidia	62	43
Pamphilia .i. sauria	61	31
Capodocia	64	39
Armenia minor	71	39
Cilicia	68	37
Sarmatia	74	44 2a
Colchis	73	44 3a
Iberia	74	44
Albania	78	44
Armenia maior	77	41
Cyprus insula	66	34 4a
Syria cireua	71	36
Syria phenicia	71	33
Syria palestina iudea	67	31
Arabia petrea	68	31
Mesopotamia		
Arabia deserta	73	37
Babilonia	74	32
Assiria	80	37 in 6o libro 4a tabula
Susiana	84	34
Media	83	39
Persis	90	32
Parthia	96	37

Carmania deserta	96	32	
Carmania altera	99	24	6a
Arabia felix	86	22	
Garcoma	8	20	7a
Margiana	94	40	
Bactriana	103	41	
Sogdiana	116	44	
Sarches	113	43	
Scythia extra imaum montem	130 120	46	
Scythia intra imaum montem	140	48	8a
Serica	162	44	
Paropanisade	171	34	9a
Drangiana	108	29	
Arachosia	114	30	
Gedrosia	114	29	
India intra gangem	132	27	In 2o li 10a ta
India intra extra gangem	142	22	11a
Amazonum regio	172	16	
Taprobane insula	124	3	12a

Omnes provincie nostre habitabilis sunt nonaginta quatuor quas

Orum gentes subartici zodiaco hos solent super verticem a borea descendens ad austrum ascendens consimiliter hys semel in anno alijs bis. Omnes autem qui sub zodiaco habitant ab occasu ad ortum solis ethiopes sunt parvo coloribus nigri et hij maxime qui sub circulo equinoctiali sunt habitantes nigri sunt. Reliqui autem extra lineam cathetorum zodiaci solis sunt habitantes remissiones coloribus sunt et in albedinem tendunt secundum distancie rationem usque ad sarmatas hyperboreas et eadem ratio ab utraque parte equinoctialis versus borea atque austrum usque ad utrosque polos zodiaci.

Capitulum 16 precedentis capituli declaratione subiungens aliquas dubitatis concludit

Est hoc ergo sunt cosmographie ptholomei verba quantum ad id quod hic dicit de gentibus subarticis zodiaco intelligendum est quod hijs sol super verticem a borea descendens ad austrum et etiam ascendens simili fit super hijs semel in anno scilicet hijs qui habitant sub tropicis alijs bis scilicet hijs aliquibus semel in anno scilicet hijs qui habitant sub tropicis alijs bis scilicet hijs qui habitant inter tropicos ut verbi gratia Meroe civitas bene est sub tropico cancri ideo dicit ptholomeus quod ubi sol semel in anno fit super verticem capitis quod in extremo est tropico et ita de alijs locis qui sub eadem sunt latitudine. Meroe vero civitas distat a tropico ideo dicit quod ibi sol bis in anno efficit supra verticem. Sed quia in provincia gedrosia cuius civitas cuius latitudo est gradus 23 $\frac{1}{2}$ ita quod a tropico distat precise per $\frac{1}{3}$ que secundum ptholomeum in 2o gradus est efficit ideo hic non solum semel in anno sed bis inter est solem super verticem

efficitur quod locus a tropico estivo distat ex utraque parte gradibus 3 et patet quod
ibi sol sit supra verticem in brevi tempore scilicet in sex dierum spatio hoc autem
in maiori tempore bis fieri contingit in aliis locis que magis distant
a tropico versus equinoctialem nam generaliter ubi est minor distantia
ab equinoctiali est maius spatium temporis infra quod sol bis fertur
supra verticem vel in sub equinoctiali maximum est hoc tempus scilicet medietas
anni pro qua distat introitus solis in arietem ab introitu eius in libram
vel econtrario. Consideratum vero ad illud quod hic dicit ptholomeus quod hii maxime
qui sub circulo equinoctiali sunt habundare nigri fiunt huius dictum con-
trarium est quod in libro de dispositione sphere ptholomeus vult quod locus sub equi-
noctiali sit temperatus 2 tropicorum et avicenna docet de arabibus et
primo artis medicine quod locus ille est temperatissimus et per hoc
quidam theologi posuerunt quod ibi sit terrestris paradisus in quodam
monte versus orientem sed quicquid sit de opinione avicenne vel aliorum theo-
logorum quantum ad hoc quod ibi sit locus temperatissimus tamen visibile est secundum
dicta ptholomei quod ibi sit locus satis temperatus propter causas rationabiles
quas in contrarium avicenna egregie assignat sed ista tractare non est
presentis operis. Consideratum autem ad id quod hic dicit ptholomeus quod eadem
est ratio ab utraque parte equinoctialis versus boream atque austrum usque
ad utrosque polos zodiaci licet hoc quodammodo possit veritatem habendo
propter considerationem ad angulos zodiaci tamen habendo respectum
ad oppositum augis solis diversa est ratio. Item si excentricitas solis sit
ut magistri ponunt constat quod illa pars circuli que vocatur oppositum augis
descendit ad terram multo magis quam reliqua pars que dicitur aux. Et ideo
quando sol venit ad oppositum augis multo plus comburit terram tum propter propin-
quationem tum propter casum radiorum ad angulos rectos tum propter
congressionem equidistantium in quibus moratur super eandem regionem ut
comburat eam et hoc est quando sol est in sagittario vel capricorno vel scor-
pione. Et propter causas rationes concluditur quod sub equinoctiali non est plenum tempera-
mentum. Consideratum non indecens quod ibi sit paradisus terrestris cum esse
debeat temperatissime conditionis horum autem extra nostram considerationem pertinent

Capitulum 17m modum describendi formam nostri orbis committit

His itaque premissis ... habitabilis situm ad generalem descriptionem
qua brevius in plano fieri potest etiam cum annotatione assumatum desig-
nare proponimus non tamen omnino modum quem ptholomeus docuit in sequenti-
bus ad hanc figuram describendam vel ad configurandum civitates famosas in
suis locis pro distantia earum ab equinoctiali que vocatur latitudo civitatis vel
regionis vel pro distantia earum ab occidente in oriente que longitudo regio-
nis dicitur quod cosmographi dicunt artificio quo locus civitatis habetur pro
distantia a meridie vel a septentrione vel ab oriente vel occidente et hoc artifi-
cium consistit in ... in lineis rectis equaliter distantibus ab equinoctiali signatis

in plano secundum formalem circuli ducti aut imaginari latitudinis regionis
signato in qua solum ducta ab equinoctiali usque ad polum mundi in circulo in
qua sit arcus circuli magni qui transit per polos mundi et per numerum longitudinis
civitatum signatum in equinoctiali circulo hic autem modus melior est quia facilior
est sufficit consideratione locorum mundi in hac superficie sensibili differentia
autem hic modus describendi habitabile a modo quo ptholomeus in sua cosmo-
graphia utitur quia iste modus signat parallelos per rectas lineas et meridia-
nos per lineas arcuales ut patet in figura subscripta ille non ergo sicut ait
libro primo speciali in 24 capitulo ubi docet qualiter in plana terra designetur con-
siderandum quod sicut quod secundum hanc figuram describentia latitudinem secundum
gradus meridiani circuli linee recte hic figuratur gradus mathematicorum verum omnis
tamen difficultas que contingit describende longitudinem excluditur describi-
tam in secundo capitulo 13 ipsam figuram nostri orbis describit
Describimus ergo figuram orbis nostri habitabilis sub hac forma sit
a. polus articus b. polus antarticus c d equinoctialis cuius divi-
siones sunt gradus longitudinum regionum ad b medietas solum in
qua sunt gradus latitudinum regionum a c et b arcus circuli magni
transeuntis per polos et gradus longitudinis usque occidens a d b arcus
circuli magni transeuntis per polos et gradus longitudinis usque oriens Et hii
duo arcus dividunt equinoctialem in tres partes equales quarum qualibet facit
4 horas equinoctiales Et sic per sunt arcus possunt subdividi equinoctialis
ita ut quibuslibet in gradibus correspondet una hora equinoctialis g e f linea
recta equaliter distans equinoctiali transiens per alexandriam e civitas alexan-
drie 1 h k linea recta equaliter distans equinoctiali transiens per medium regio-
nis Scithie in itinere primam montis h medium Scithie
Parallelos autem 12 quos supra descripsimus consignabimus in figura
nominibus locorum per que transeunt ut locorum a quibus eorum denominantur
climata et per numerum gradus latitudinis idest distantie ipsorum ab equinoctiali
paralellus transiens per montem bar-deti distat ab equinoctiali usque austrum
g° 16 parallelus per raptum promontorium et cattigara distat ab equinoctiali
usque g° 8 1/2 1/3 1/12 parallelus per bisingra distat ab equinoctiali
usque austrum g° 8 1/3 1/2 parallelus per meroen a qua nominatur primum clima
versus itonem g° 8 3 2 parallelus per syenem a qua nominatur 2um clima g° 13 1/2 1/3
distat g° 16 1/2 1/3 parallelus per alexandriam a qua nominatur 3um clima distat g° 31
parallelus per rhodum a qua nominatur quartum clima distat gradus 36
parallelus per romam a qua nominatur 4um clima distat gradus 41 1/3
parallelus per boristenem a qua nominatur 6um clima distat vero 46 gradus
parallelus per ripheos montes a quibus nominatur 7um clima distat fere g° 49 40
parallelus per insulas britanias distat fere gradus 48
parallelus per thylem distat gradus 63
Et nota quod sicut parallelus transiens per thyle insula usque itonem et parallelus
transiens per montem bardeti usque austrum terminat longitudinem nostre habita-
ita a d b medietas solum usque oriens transiens per metropolim sinarum et a c b

medietas eius solum versus occidens transiens per fortunatas insulas terminat longitudinem terre habitabilis secundum ptholomeum

Omnia vero loca premissa a quibus denotantur civitates famose aliqui que principaliter nominavit alfraganus et cuius sequaces non tenent precise medium dictorum climatum ideo pro maiori rectitudine in hac figura signabimus parallelos dictorum climatum sub gradibus latitudinis que fere tenent dictorum climata media

Sequitur figura orbis

Capitulum 19m de opinione plinii et aliorum qui precedentibus ptholomei dictis contraria dicitur explicat

Licet ptholomeus longitudinem et latitudinem terre habitabilis posuit prout superius describitur tamen quantum ad latitudinem eius aliqui est habitatio et usque ad distantiam ab equinoctiali per 66 gradus versus aquilonem ut patet in fine insularum et in regno norwegie. Et quod plinius et secundum plinium usque ad illum locum habitatur ubi cęlum cardines mundi. Et ibi habitant populi borei de europa et arimphei de asia similiter usque austrum secundum plinium invenitur habitatio esse sub tropico capricorni et

ultra non ibi dicitur esse regio parthalis in india unde apparet quod maior est
longitudo terre versus oriens quam ponit ptholomeus in ea meridianum latus indie
descendit a tropico capricorni et secat equinoctialem apud montem malem
et transit per thyene que nunc dicitur arim nam duplex est syene
una sub solsticio de qua supra alia sub equinoctiali distans 90 gradibus ab
occidente et 2um eos concedunt ab oriente et a septentrione et meridie
et locum de habitatione eius nota hec exemplum est quod arim non
distat ab oriente per 90 gradus tamen magis elongatur propter hoc quod longitudo
habitabilis maior est quam medietas terre et hec est versus orien-
tem secundum 2um philosophos plinium et ceteros qui extenditur inter finem yspanie
ulteriorem .i. affrice apte occidentis ut inter principium indie aperte
apte orientis non est magne latitudinis nam exemplum est quod
hoc mare navigabile est paucissimis diebus si ventus sit quietus
et ideo illud principium indie oriente non potest multum distare
a fine affrice sub terra .i. sub medietate terre que hic in figura
describitur unde sequitur quod non tam magnum est mare ut
possit cooperire tres quartas terre ut quidam estimant Ex quibus
concluditur quod licet habito licet nota ptholomeus sit quasi coartata
infra quartam unam terre tamen racione et experiencia probatur quod
multo plus est habitabile Et 2um hoc non erit figura habita-
bilis quarta spere nec semicirculus descriptus in plano nec aqua circuit
per polos mundi et oriens et occidens cooperiens 3 quartas eius ut
estimatur sed magis erit figura aque videlicet quod mare
occeanum habeat plurimum de aqua circa polos eius longitudo
extendatur a polo in polum inter principium indie et finem
affrice secundum vero quod extendunt auctores et mapee plinius
mare indicum decurrens per latus indie a tropico capricorni
secans equinoctialem transiens per latus meridianum indie deinde
in mensium terre spacium absorbens se flectit usque occidens per
meridiem donec recipiat ffantasiam maris rubri et mare ethio-
picum ubi incipit ethiopia Et ibi latitudo regionis est circiter
18 gradum et longitudo diei plurior fere 13 horarum 2um ptholomeum
in almagesto et plinius satis concordat 2o suo et 6to libris na-
turalis hystorie

Capitulum 20um eiusdem plinii similiter de 12 parallellis orbis terrarum

Notandum insuper quod plinius in naturali hystoria libro 6o postquam
in libris prioribus tamen terre partes principales europam
affricam et ysiam per earum mensuras admodum gratas
diffuse tractaverat addidit grecorum inventionis summaz secundum
nec aut exquisitissime subtilitatem ut in spectato terrarum situ
indicatisque regionibus agnoscatur quenamque societas sit sive
cognatio dierum ac noctium quibusque inter se pares umbre et equa
mundi convexitas unde prefati sexto libro fine de terrarum digestione
.i. descripcione in parallellos et umbra pares ita conclusit Ergo rebus

dicitur hoc circa triginta diuisisse in multa reliqua degentium plura sunt anti-
qua ita hoc mundi que nostri circulos appellauerunt greci circulos primus
est Indie pars uersa ad austrum pertinet usque ad Arabiam maris parto-
las continentur Gedrosie Carmanii Persie Elimei Parthiene Aria Susiane me-
sopotamia Seleucia cognominata Babilonia Arabia ad petras usque
Syria Cele Pelusium Egypti inferiora que Cora uocantur Alexandria Af-
frice maritima Cirenaica oppida omnia Tapsus Adrumentum
Clupea Cartago Utica uterque Hippo Numidia Mauritania utraque
Athlanticum mare columne Herculis. In hoc celi complexu equinoctii
die medio umbilicus quem gnomonem uocant 7 pedes longus umbram
non amplius 4or pedes longam reddit. spacii uero diei que
longissima spacia 14 horas equinoctiales faciunt breuissime a contrario
10. Sequens circulus incipit ab India uergente ad occasum uadit
per medios Parthos Persepolim citima Persidis Arabiam citeriorem
Iudeam Libani montis accolas amplectitur Babilonem Idumeam
Samariam Ierosolima Ascalonem Ioppen Cesariam Phenicen Ptho-
lomaidem Sidonem Tirum Beritum Tripolim Biblum Anthiochiam Lao-
diceam Seleuciam Cilicie maritima Cipri austrina Creta Lilibeum
in Sicilia septentrionalia Affrice et Numidie. Umbilicus equinoctio 34
pedum umbram 23 pedes longam facit. Dies autem noxque maxima
14 horarum equinoctialium est accedente his quinta parte unius
hore. Tertius circulus ab Indis Imauo proximis oritur tendit per
Caspias portas Medie proxima Cathaoniam Capadociam
Taurum Amanum Issum Cilicias portas Solos Tarsum Cyprum
Pisidiam Pamphiliam Siden Licaoniam Liciam Pathara Xanthum
Caunum Rhodum Coum Alicarnasum Gnidum Doridam
Chium Delum Cicladas medias Githium Maleam Argos Laconicam
Elim Olimpiam Messeniam Peloponensi Siracusas Cathinam
Siciliam mediam Sardinie austrina Carteiam Gades. Gnomonis
uncie umbram 77 unciarum faciunt. longissimus dies est equinoctia-
lium horarum 14 atque dimidie cum 31ª unius hore parte. Quarto
subiacent circulo que sunt ab alio latere Imaui Capadocie austrina
Galatia Misia Sardis Smirna Sipilus Tmolus mons Lidia
Caria Ionia Trallis Colophon Ephesus Miletus Chios Samos Icarium
mare Cicladum septentrio Athene Megara Corinthus Sicion Achaia
Patheras Isthmus Epirus septentrionalia Sicilie Narbonensis Gallie ex-
ortiua Hispanie maritima a Cartagine noua et inde ad occa-
sum. Gnomoni 21 pedum respondent umbre 16 pedum. Longissimus
dies habet equinoctiales horas 14 et tertias duas unius hore. Quinto
continentur segmento ab introitu Caspii maris Bactri Hiberia
Armenia Misia Phrigia Hellespontus Troas Tenedus Abidus
Scepsis Ilium Ida mons Cizicum Lapsacum Sinope Amisum Heraclea
in Ponto Paphlagonia Lemnus Imbrus Thasus Cassandria Thessalia

macedonia lariza amphipolis thessalonice pella edossa berora
pharsalia caristum eubora beotia chalcis delphi acarnania Etholia apol-
lonia brundisium Tarentum turi locri regium lucania neopolis puteolos
Tuscum mare corsica baleares hispania media Gnomonis pedes
umbras 6 magnitudo diei summa horarum equinoctialium 14 sexti
comprehendit qua continetur urbs roma amplectitur caspias gentes cau-
casi armanie septentrionalia apolonia super hormatum nicomediam
nicea calcedonem bisancia lisimachia Chersonesum melanem sinum
abderam samotrachia maronie aenum bessiam trachia medica
peonia yllirios dirrachium Canusium apulie extima campanie
Ethruria pisas lunam lucam genuam liguriam antipolim massilia
narbona Terraconem hispaniam mediam et inde
per lusitaniam Gnomonis pedes nove umbre 8 longissima spacia
horarum equinoctialium 14 addita nona parte unius hore ut nigidio
placuit quinta Septima divisio ab altera caspii maris ora incipit
vaditque super callatim bosphorum borysthenem thomos thracie adversa
triballos illirici reliqua adriaticum mare aquileyam altinum ve-
neciam vicentiam patavium veronam cremonam ravennam anconam
picenum marsos pelignos sabinos umbriam ariminum bononiam
placentiam mediolanum omniaque appennino transque alpes galliam aqui-
taniam vienam pyreneum celtiberiam umbilico 34 umbre 36 ut
tamen parte venetie exequetur umbra gnomoni amplissima dies
horarum equinoctialium 14 et quintarum partium hore trium hactenus antiquorum
exacta celebravimus Sequentium diligentissime quod superest
terrarum tribus assignavere segmentis a tanai per meotim
lacum et sarmatas usque borysthenem atque ita per dacos partemque
germanie gallias occeani littora amplexi quod esset horarum
alterum per yperboreos et britanniam horarum 17 postremum scythicum
a ripheis iugis nichil est in quo dies continuatur ut diximus
noctes quoque per vices idem et ante principia que fecimus posuere circulos
duos primum per insulas meroe et ptholomaidem in rubro mari ad
elephantorum venatus conditam ubi longissimus dies 12 horarum
esset dimidia hora amplior secundum per syenen Egypti euntem qui
esset horarum 13 idemque singulis dimidia horarum spacia usque
ad ultimum adiecere circulis Et actenus de his Capitulum 21 eiusdem
plinii et aliorum hystoriographorum dicta in geometria mathematicorum
racione concordat

Ex premissis ergo dictis plinii manifestum est quod ipse 12 nominat
paralellos sed alios idemque aliter quam 12 quos superius sepissime scripsimus
... quos alii numeraverunt climata non astronomia sua ... cli-
mata designavit primum dicit esse primum solsticialem i. eque-
noctialem dyamereos deinde alterum dyasyenes 3m dialexandrias
quem dicunt per cirenas in affrica cartaginem ab austro adiacentem

quartum est medium ex omnibus diarodii quod media peloponense regi-
la que ducitur ad hospitium boetius peruenit quintum est diaromes per
mareotia est altera partem per galatias attingens lusitaniam Deinde
septimum per hellespontum terciaque est confinis per maniae gallia
hoc quod dii ad orientis per pontum mare est altera per germania
britania que prendes ultimum est ultra meotis paludes et infra
hyperboreos montes licet autem predictorum auctorum dicta utili-
notanda sint tamen quia ipsi in parallelorum aut climatum distinctio-
num proporcionem admiserunt secundum geometrica racionem qua mathemati-
docent minime servauerunt ideo que ab illis scripta sunt cum
hiis que superius diximus conferenda erunt et cum doctrina ptholo-
concordanda nam ptholomeus libro primo cosmographie sue capitulo
23 exponit 22 parallelorum in orbe designatorum secundum distancia
ab equinoctiali ut geometrice raciones inquirunt annotauit ptholomeus
eciam in suo almagesti libro 2o capitulo quarta ista in qua sic
diuisit et inter omnes ab incarnatione domini maiores consistuerunt
in hac parte licet sint expositores afragani et aliorum cum equinoctiali
diuisio in climata famosa nunc magis nota sit clima vero
dicitur spacium terre in quo dies prolixior excedit per
dimidiam horam diem prolixiorem alterius spacii terre ut excedit per
ab eodem. Verum tamen est quod naturalior est vero distinctio
esset per quartam hore secundum quod ptholomeus primo diuidit
sed quia iste partes sunt prope 10 partes consideraverunt et inter
easque duas earum in una climate Et hanc opinionem
quamplures tempore secuti sumus ad hanc igitur est ad ea que scripsit
tempore priore secuti sumus ad hanc igitur et ad ea que scripsit
ptholomeus aliorum scripta referenda sunt et per ea corrigenda
Et precipue illa que scripsit plinius de gnomonibus et umbris sed
in parallelis corrigenda erunt ut concordanda in hiis in quibus
non videtur concordare cum ptholomeo in almagesti loco preallegato
pro quo considerada erit diligenter tabula subscripta in qua signan-
tur parallelorum latitudines id est distancie ab equinoctiali cum longitudinibus
dierum maiorum sub eisdem parallelis et longitudinibus umbrarum
gnomonis meridionalium

Capitulum 22 ad declaracionem et concordanciam priorum tabulas utiles subiungit

Ad complementum ergo huius operis et declaracionem omnium
premissorum sic addere hanc tabulam suptam ex doctrina
ptholomei in 2a dictione almagesti capitulo 6o ubi diuidit quartam terre
habitabilem per 39 lineas equedistantes quarum prima sub equinoctiali
dicitur transire et distancias in primam in latitudine mensurat per expressum
declinacionis correspondentis quarte parte horis equalis secundum distan-
cias 24 26 27 26 29 mensurat per expressum declinacionis cor-
respondentis hore medie quia expressum correspondentis declina-
cionis quarte partis hore non extendit se in illis ad unum gradum

ideo mensurat eas per expressionem unius hore distancias deo 33 34 34
36 37 38 et 39 mensurat per expressionem declinacionis unius mensis
quia declinacionis expressionem correspondentis diei non attingit ibi ad unum
gradum propter angustiam colorum. Ostendit autem tabula quasi proprietates omnes
proprietates predictarum linearum quas ibi ostendit Ptholomeus
prima enim linea ostendit numerum climatum et finem. 2a numerat pre-
dictas lineas 3a et 4a ostendunt longitudinem diei longiorum
sub illis lineis per horas et minuta 5a et 6ta ostendunt decla-
racionem cuiuslibet linee equinoctiali 1a ostendit nomina civitatum
et locorum per quas transeunt predicte linee 8a et 9a ostendunt
quantitatem umbre sub predictis sole sub equacione diei existente
10a et 11a ostendunt umbras sole existente in tropico estivo
12a et 13a ostendunt umbras sole existente sub tropico hyemali
14a et 15a ostendunt in quibus regionibus et quando umbre sunt
nulle meridionales et septentrionales et in quibus umbre non solum
sunt septentrionales et in quibus umbre revolvuntur et hoc per
distanciam solis a tropico estivo ex utraque parte zero quo nota
quod sub omnibus lineis ab equinoctiali usque ad tropicum variant
umbre quandoque sunt nulle quandoque septentrionales quandoque meridionales cum quando
sol a tropico estivo distat tot gradibus quot ponuntur in linea ibi
umbra est nulla sed quando paucioribus distat est meridionalis
quando vero pluribus umbra est septentrionalis usque ad lineam 33 ubi umbre
incipiunt revolvi et revolvuntur omnibus sequentibus usque ad
polum articum quod umbre quas ostendunt tabule sunt umbre
diei habentes a gnomone 12 partes equales que vocantur puncta et cuiuslibet
post hoc continuacionem gradus quod dicta plurimi non possunt verificari
de umbris gnomonis illo modo quo loquitur Ptholomeus ut apparet ex sequenti
tabula considerantibus dies longiores sub quibus sunt a tabulis quos
ponunt plurimi et conferendo eos ad umbras eis correspondentes
sed forte dicta plurimi possunt habere veritatem de umbris
similiter quales sunt umbre chilindri. Hec tabula ostendens
proprietates linearum equidistancium

Climata	Linee eque distantes	Dies longior hore	minuta	Latitudo gradus	minuta	Loca que transeunt linee
	1a	12	0	0	0	sub equinoctiali
	2	12	15	4	15	Insula abens
	3	12	30	8	15	Chelingz sin solito
1m	4	12	45	12	30	Fluvius ad mo. laro; Chalingz silio solitz
	5	13	0	16	17	Insula Maroes
2	6	13	15	20	15	Chebatum
	7	13	30	~~15~~ 23	51	Ganus
3	8	13	15	27	12	Germi
	9	14	0	30	22	in fine terre Egipti
4	10	14	15	33	18	medium Som
	11	14	30	36	0	Civitas B.
5	12	14	45	38	35	Sembres
	13	15	0	40	56	Insula Rhodia.
6	14	15	15	43	15	Ayglisch
	15	15	30	45	1	medium maris inta
7	16	15	45	46	51	Fonte fluvii Astos
	17	16	0	48	32	Effusiones Baurystenes
Finis 7	18	16	15	50	15	medii paludis Meotidis
	19	16	30	51	30	ultimum usque medie Britanie
	20	16	45	52	50	Effusiones rebeis fluvii
	21	17	0	54	1	Effusiones Tanais

Nota quod Ptholomeus in cosmographia ubi ponit 21 parallelos ab equinoctiali usque ad insulam Tylem parallelos hic designatos in 14a linea expliciti distinguit duos simul iungens in uno parallello

Climata	Linee eque distantes	Dies longior hore	minuta	Latitudo gradus	minuta	Loca per que transeunt linee
	22	17	15	55	0	Bercataractas Rene
	23	17	30	56	0	Britania maior
	24	17	45	57	0	Catrane Britania
	25	18	0	58	0	meridies Britanie minoris
	26	18	30	59	30	Britania minor
	27	19	0	60	0	~~Insula Borem~~ Britania minor
	28	19	30	60	0	Insula Borem
	29	20	0	63	0	Insula Tile
	30	21	0	64	30	Scitani qui dicuntur
	31	22	0	65	30	cunnithi qui
	32	23	0	66	0	ignoti parallelli
	33	24	0	66	10	
	34	1 mensis		67	0	
	35	2 mensis		69	30	
	36	3 mensis		73	20	
	37	4 mensis		78	20	
	38	5 mensis		84	0	
	39	6 mensis		90	0	

Linee latitudinis	umbre equalitatis pedes	minuta	umbre estatis pedes	minuta	umbre hyemis pedes	minuta
1	0	0	2	30	26	30
2	4	20	21	20	32	0
3	8	50	16	20	37	44
4	13	20	12	0	44	50
5	17	45	7	45	51	0
6	22	30	3	~~44~~	[illegible]	[illegible]
7	27	30	0	0	65	50
8	30	50	3	20	74	10
9	35	5	6	50	83	50
10	39	30	10	0	93	5
11	43	36	12	55	103	3
12	47	50	15	40	114	55
13	52	30	18	30	126	50
14	55	55	20	50	144	15
15	60	0	23	15	155	5
16	63	55	25	30	174	30
17	67	50	27	35	198	50
18	71	50	27	35	188	50
18	71	40	29	35	210	20
19	79	35	31	25	229	50
20	79	5	33	15	243	33
21	82	35	34	55	278	44
22	84	40	36	15	304	30
23	88	30	337	40	344	15
24	92	5	39	30	372	50
25	94	40	40	40	414	5

26 ab hinc non signantur minuta et minuta umbrarum usque ad 33 lineam quia possent reperiri et signari, quia corporum altitudinem solis magis umbras proportionatas. Item a 33a linea semper revolvuntur umbre usque ad 39 lineam ubi est polus

2o ubi 9 usque 39 [illegible]

hec linea ostendit varietates umbrarum in variis locis umbre

Nulle autem umbre

90
79 30
69
57 40
41
31

Et quoque tamen umbre [illegible] usque ad 33 lineam

hii duo sunt sub tercio climate

hii duo sunt sub quarto

hii 2 sub 4o

hic est 6o

Et per predictam tabulam et per hanc tabulam sequentem que est de parallelis quos principaliter nominant plures doctores per ipsos spacio longissimorum dierum secundum quanta dierum sit inter parallelos latitudo .i. distancia equinoctialis et sub quibus constituti sunt climatibus quantaque sit ibi umbra gnomonis secundum ptholomeum. Primus ubi dies longior est 14 horarum ab equinoctiali distat gradibus 30 minutis 22 ibi gnomo 12 pedum umbram 34 pedum 24 minutorum secundum ptholomeum. 2us ubi dies 14 horarum 1/4 distat gradibus 32 minutis 27 ubi gnomo 12 pedum umbram facit 38 et 34 minutorum. 3us ubi dies horarum 31 minutorum distat gradibus 36 minutis 12 gnomo 12 pedum facit umbram 43 et 42 minuta. 4us ubi dies 14 horarum 2/3 distat gradibus 37 minutis 20 gnomo 12 pedum facit umbram 48 26 minutis. 5us ubi dies horarum distat 14 gradibus 42 minutis sub gnomo 12 pedum facit umbram 42 et 30 minutis. 6us ubi dies 14 horarum 1/4 distat gradibus 4[?]2 minutis 27 gnomo 12 pedum umbram facit 44 et 34 minutis. 7us ubi dies 14 horarum 1/4 distat gradibus 44 minutis 29 ubi gnomo 12 pedum umbram facit 61 pedum et 42 minuta. Sed notandum quod tamen parallelorum quos plures conscripserunt minime unus est in septimo climate alii per climata duo vero quos pretermissi designant quorum ille ordine debet precedere unus est in primo climate [illegible] hec patent in precedenti tabula et aliis sunt scripta ubi de hiis plane multum notavimus hec in compendiosis [illegible] doctrina [illegible] magis [illegible] ptholomeus [illegible] capitulo 2o [illegible]

[illegible]

Tractatus secundus cosmographie continens quinque capitula primum capitulum figuram terre habitabilis secundum Ptholomeum describit 2um capitulum terram habitabilem per viginti tres parallelos distinguit 3um eadem per triginta septem meridianos dividit 4um circulum terre mensuram concludit 5um habitudinemque terre ad celum breviter recolligit

Capitulum primum figuram terre habitabilis secundum Ptholomeum describit

Ad complementum continendi cosmographie Ptholomei expedit nunc describere figuram terre habitabilis secundum eius doctrinam describendo inde etiam parallelos et meridianos ipsius figure distinguere et aliqua loca sub eis designare. Sit igitur capitulum quatuor angulorum rectorum a b c d cuius latus a b sit fere duplum ad lineam c d et similiter ad lineam a d. supponatur quod latus a b sit ad plagam septentrionalem et latus c d ad austrum. Sit linea e f dividens per medium lineam a b ad angulos rectos et similiter lineam c d in puncto f. protendatur in directum linea e f usque g quod erit centrum super quo circumferentur omnes paralleli et a quo protrahentur omnes meridiani usque ad parallelum equinoctialem. Sit autem linea g e f centum triginta una partes sive g d g cum una 3a et una 12a cuius linee pars g e sit 34 partes sive g || al° 28
aliis equales a centro g per [illegible] in directa linea partibus 4 [illegible] equinoctialis || al° 19
predictus describatur circulus qui erit parallelus per Rhodum [illegible] parallelus ex utraque parte linee meridionalis scilicet est spatium sex horarum equinoctialium continebit quarum quelibet in tres partes quinque graduum dividatur Et habebimus in circumferentia [illegible] ab utraque parte meridiani 18 arcus per quarum fines ducentur meridiani a centro g quorum quilibet distabit ab altero 3a parte unius hore. horum meridianorum duo termines ultra orbis habitabilis erunt [illegible] usque oriens. Deinde notabitur parallelus per Syenem in linea g f qui distat a centro g partibus 42 [illegible] equinoctialis [illegible] describatur distans a centro g partibus [illegible] erit [illegible] parallelus autem qui est ultimus usque austrum et oppositus per Meroem notabitur distans a centro g partibus 131 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ erit [illegible] distantia [illegible] meridianum hec est que incipit parallelum per Rhodum partium 27 distantia vero [illegible] scilicet que a parallelo Rhodiensi equinoctialem attingit [illegible] distabit 36 deinde 66 gradus et distantia que sit ab equinoctiali ad parallelum oppositum parallelo per Meroem [illegible] scilicet 10 $\frac{1}{3}$ $\frac{1}{12}$ [illegible] proportionabiliter ad premissa describi [illegible] paralleli quod docuit Ptholomeus 23o ca. libri primi 2um distancias ab equinoctiali ibidem designatas et ab alio Ptholomeo descriptas in 2a dictione Almagesti capitulo 6o [illegible] autem nos lineas quas per meridianos assumemus non describemus rectas usque ad [illegible] usque ad equinoctialem [illegible] deinde dividatur [illegible] incidentes in eo [illegible] paralleli per Meroem in [illegible] mensura [illegible] coniungantur lineas meridionalium que usque ad equinoctialem recte [illegible] ut quodammodo videatur sicut ultra equinoctialem et declinare

Sequitur figura

Capitulum 2m in quo habitabilis per 23 parallelos distinguitur.

Secundum quod ptholomeus distinguunt 23 parallelos videlicet exigunt unum et
aequinoctialem et duos ultra primus parallelus in aequinoctiali distat
ab eo gradibus 4or et 1/4 et differt una quarta horae hic transit per
ethiopum affricae sinum per hesperos ethiopes per medium per avalita per
hesperidis pelagus per indicum pelagus per taprobana insula per aurea
chersonesum per sinum sinarum et per regionem usque terra incognita
Secundus distat gradibus octo 1/3 1/12 medietate horae hic transit per
oceanum occidentalem per medium per mare rubrum per indicum pelagus
per taprobana per auream chersonesum per sinum sinarum et earum
regionem 3us distat gradibus 12 1/2 et medietate horae cum una quarta
hic transit per principium climatis per fortunatas insulas per flumen
nigri fluvii garamantica vallem per ethiopia supra egyptum fluvii
nilum sinum arabicum per arabiam felicem per mare rubrum per
indicum pelagus per gangeticum sinum per india extra gangem
per sinum sinarum 4tus distat gradus 4 1/3 1/12 et una hora hic transit
per medium primi climatis per ultimam insularum fortunatarum per ostium
fluminis [nossi] per flumen nigri per paludem libie per flumen
[gerzas] per medium per meroem per sinum arabicum per arabiam felicem per
sinum magnum per india intra gangem per gangeticum sinum et indiam
extra gangem per regionem sinarum 5tus distat gradus 20 1/4 et una hora cum
una quarta hic transit fluvii principium 2i climatis per oceanum occidentalem per
libiam affricae per flumen nigrum per paludem gerrea flumina per medium

per sinum arabicum per arabiam per sinum magnum per hostia indi flumina
per gangem flumen per indiam per regiones sinarum. Huius distat gradibus
23 semis et una tertia. Una hora cum medietate hic transit per medium
2i climatis per libiam affricae per flumen bagadra per nilum per syenem
per egyptum thebaidis per arabicum sinum per arabiam per sinum persicum per
carmaniam provinciam per arabium flumen per montem arbiti per indum
flumen per indiam intra gangem per flumen per indiam extra gangem
per regiones sinarum. 3ii distat gradibus 27 1/6. Una hora cum
medietate et una quarta hic transit prope principium 3ii climatis per
athlanticum mare per athlantem montem maiorem per numidiam
per cirenaicam pentapolim per marmaricam per libiam egypti per
nilum per egyptum in inferiorem per arabicum sinum per arabiam
per sinum persicum per carmaniam prope fontem arabis fluvii per indum
flumen per indum indie extra gangem per gangem flumen per indiam
extra gangem per dorum flumen per serum flumen. Quartus distat
gradibus 30 1/3. Duabus horis hic transit per medium 3ii climatis
per utraque mauritaniam per medium numidie prope sirtes per
libiam per egyptum inferiorem prope alexandriam et hostia nili per
syriam palestinam ubi iherusalem per aliam arabiam petrosam per arabiam
desertam per babiloniam per ctesiphontem per sinum persicum per persidem per carma-
niam desertam per dragianam per arachosiam per indum flumen
per indiam extra gangem prope fontem dori fluvii per serum fluvium
Quintus distat gradibus 33 1/3. Duabus horis cum una quarta hic tran-
sit prope principium 4ti climatis per medium mauritanie tingitane
per mauritaniam cesariensem per affricanum mare iuxta carta-
ginem per affricam et egyptum mare prope insulam cyprum per medium
syrie phenice per arabiam desertam per babiloniam per eufrate-
prope flumen tigridem per persidem per carmaniam desertam per montem
parpasium per indum flumen et fluvios qui in eum intrant per montem
hyperrim per montem a quo decurrit fluvius octus. Distat gradibus
triginta sex et duabus horis cum medietate hic transit per medium
4ti climatis per athlanticum fretum prope granatam in europa athlanti-
montem in affrica prope ibericum mare prope siciliam insulam per pelopo-
nesum insulam prope achaiam provinciam prope euboream insulam prope cretam
insulam per medium insule rhodi prope insulam liciam provinciam iuxta
pamphiliam per ysauriam per cyprum insulam prope ciliciam provinciam per
medium syrie cave ubi laodicia per assiriam per flumen tigrim ubi
babilon civitas per susianam ubi susa civitas per montem caspium
per parthiam prope ariam per ariam provinciam per montem paropisum per paora
insidem provinciam prope fontes indi fluminis prope montes gangis fluminis
per imaum montem ubi gothus scythie civitas per montes casios per
seriam regionem. Undecimus distat gradibus 39 1/2 1/12 et duabus horis
cum medietate et quarta parte hore hic transit prope principium quinti climatis

inter Hispaniam Lusitaniam et Hispaniam Betticam per Ibericum mare prope
Balearicas insulas inter Corsicam et Sardiniam iuxta Siciliam iuxta Ionium
mare per Epirum provinciam per Achaiam per Egeum mare per Bithiniam
provinciam per medium flumen per Frigiam magnam per Antitaurum
et Taurum montes per Eufratem flumen per Mesopotamiam et Assiriam
per flumen Tigris iuxta Mediam per montem Corum iuxta Persidam et magno-
nam provincias in fines montis Paropanisi per extremum montis Comi-
dorum per Indiam inter Gangem per Imaum montem per Scithiam extra
Imaum montem per Sericam regionem. Quidem huius distat gradibus 40 1/2
1/3 1 1/2 et illius horis hic transit iuxta medium quinti climatis per occeanum
iuxta ostium Tagi fluminis inter Hispaniam Terraconensem et Hispaniam
Lusitaniam ubi Tholetum inter flumen Tagi et flumen Dorie
per Arrogoniam circa mare Balearicum per Gallicum mare per Corsicam
per mare Tirrenum iuxta Romam iuxta Neapolim per Adriaticum sinum
per Italiam quasi per medium Macedonie per Egeum mare iuxta Thessalonicensem
provinciam per sinum Ponticum per flumen Hermi per Galatiam per Ca-
padociam per montes Armenicos per Armeniam maiorem per Eufratem
flumen per medium Armenie maioris per montem Caspium per extremum
maris Caspii seu Hircanum per Hircaniam provinciam per Margianam
per Antiochiam civitatem eiusdem provincie per medium Bactriane
provincie per montes Comedorum per provinciam Sacharum per Imaum
montem per Scithiam extra Imaum montem per regionem Sericam usque prope
Seream metropolim. Quidem huius terminus distat gradibus 43 1/3 1/12 et
tribus horis cum una quarta hic transit per principium septimi climatis
inter flumen Minium et flumen Dorie per Hispaniam Terraconensem
per flumen Iberum iuxta Navarram per montes Pireneos per
Galliam Aquitaniam per Tholosam per ostia Rodani iuxta Alpes
per media per Lugdunum iuxta Lauanam (?) inter Lugunum mare et
Adriaticum sinum iuxta padum flumen per Adriaticum sinum prope
Illiricam provinciam per Misiam superiorem per Dalmatiam per Italiam prope
Ponticum sinum et Bosphorum per Paflagoniam per flumen Eufratem
per mare Hircanum seu Caspium per flumen Oxum per Sogdianam
provinciam iuxta montes Comedorum iuxta medium provincie Sacharum
per turrim Lapideam per Imaum montem per Scithiam extra Imaum montem
per Sericam regionem. Quidem huius quarti distat gradibus 44 et illius horis cum me-
dietate hic transit iuxta medium septimi climatis per insulas Cassiterides
per Galliciam Hispanie per montem Vindium per Pireneum per Galliam Aqui-
taniam per flumen Garumne iuxta Burdegalam inter Galliam Narbo-
nensem et Lugdunensem hic Rodanum flumen per Alpes inter fon-
tes fluminum Reni et Padi iuxta fontes Danubii iuxta Adriaticum
sinum ubi Venetie per Aquileiam per Illiricam provinciam per medium
Pannonie inferioris, Mesie inferioris et Dacie per Ponticum
sinum et Bosphorum per medium Colchos provincie et Iberie et Albanie
per Syrum flumen … Eufratem per mare Caspium iuxta …

civitatem scithie et per sogdianam provinciam per montem sagdu per montes
aspatantas et quia non per scithiam extra imaum montem per medium
serice regionis. Decimus quintus distat gradibus 45 et 1/2 quatuor
horarum hic transit per centauricum et ostium maris per fluvium
ligeris per galliam lugdunensem per secanam fluvium prope parisius per galliam bel-
gicam per renum fluvium per terciam provinciam germanie provinciam per-
thauricam chersonesum prope ponticum sinum ubi hostia boristenis fluvii
per meotidem paludem per rha fluvium ubi intrat mare caspium per
fluvium zimmum drachas et saparti prope eorum introitum in mare
caspium. Decimus per montes magnos scithie inter imaum montem contra
per medium scithie extra imaum montem per regionem serica. Decimus sextus
distat gradibus 51 1/2 et quarta horarum et medietate horarum et transit post finem
climatis per britannicum mare prope hostia fluvii secane per renum flu-
